

A D M

1 6 2 1



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

A, 119.



IACOBI GRETSERI, SOCIETATIS IESV,

INSTITUTIONVM LIN-  
GVÆ GRÆCÆ,

*Liber Tertius.*

DE SYLLABARVM  
DIMENSIONE.

PRO SCHOLA RHETORICES.

ACCESSIT DISSERTATIO,  
de pronunciatione linguæ Græcæ.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,  
Sumptibus ANTONII HIERATI.  
ANNO M. DC. XIX.



---

AD GRÆCÆ POESEOS  
STUDIOSVM.

**S**icupis Argolici Parnassi scandere culmen,  
Nec tamen es gnarus qua gradiare via,  
Ecce iter, ecce duces, comitesq<sup>3</sup>, iter ipse libellus  
Hic erit, ast Canonas noueris esse duces.  
Hanc insiste viam, hosq<sup>3</sup> duces tibi delige, tectis  
Te sistent Graiis, ne vereare dolum.  
Consita ve pretis si te via forte molestet,  
Oraculum Ascreum commeminiisse velis.

Τῆς τέχνης ἰδρῶτα θεοὶ παρὰ τοῖς ἑσπερίοις ἔθεντο,  
Αἰθάναντο, μακρὸς ἦ καὶ ὄρδιος οἶμ' ἐπ' αὐτῶν.  
Καὶ τευχὺς τοπῶτον, ἐπὶ δ' εἰς ἀκρονίκηται.  
Ῥηιδίη δ' ἤπειτα πέλει χαλεπήπερ ἔσσα.



## AD LECTOREM.



VNT, amice Lector, & veterum & recentiorum nonnulli, qui putent vocales ancipites in eadem dictione produci vel corripri posse arbitrati Poetae, prout carminis ratio, & necessitas exigit. Verum quantopere isti aberrarent, satis superq<sup>3</sup> declarant, celebriorum Graciae vatum, quae supersunt, monumenta; Qui licet sibi quidlibet audendi iure Poetico potestatem datam scirent, hanc tamen effrenis cuiusdam licentiae plenam neq<sup>3</sup> agnouerunt, neq<sup>3</sup> usurparunt vnquam, nisi in paucis voculis, longo usu & inueterata consuetudine modo contrahi, modo extendi solitis, quod & Latini, quorum oēs vocales dubiae sunt & communes, aliquando faciunt, quāuis parcius & pudenter, nam Musa Latina semper fuit verecundior, & adstrictior quam Graeca. At Graecis nihil est negatum, ait non ignobilis ex Helicone alumnus. Sed quam vere, viderit ipse. Non enim propterea liberi omnino & exleges erunt, quia illis licet αἶγες, ἄγες sonare, & eandem literam in hoc nomine diuersa quantitate metiri. Quod si nullarum praecipuum obseruatione tenentur, quorum tot Grammaticorum volumina, quibus ratio Graecae quantitatis cognoscenda praescribitur, potissimum in illis syllabis, quae constant literis ambiguis? superfluum certe id laboris esset, nisi Graeca Poeseos studiosis, tres istae vocales inter ad Musas difficile impeditumq<sup>3</sup> redderent. Frustra etiam operā locarent, qui Poetis legendis & peruolutandis, nonnihil tēporis & otij impendunt, animo horū auspiciis.



ad aliquam cognitionem quantitatis syllabicae perueniendi. Vt igitur rem in pauca conferam, regulis opus est, ne erremus in quantitate cum aliarum, tum praecipue ancipitum vocalium. Sed illas neque nimis multas, neque incertas esse oportet. Quod si cui istae, quas praescribimus, praeceptiones cum mediocri saltem Poëtarum lectione, non sufficiunt ad dimensionis syllabarum scientiam, huic quid satis futurum sit nescio. Caterum sicut in aliis duobus libellis, ea quae Graeci cum Latinis communia habent, vel penitus omisi, vel obiter tantum attigi, ita & hic feci. Cum enim studiosae iuuentuti, quae Graecam Prosodiam discere cupit, Latinam oporteat iam esse cognitam, multa hic vel omnino taceri, vel vno verbo insinuari possunt, quae alioquin longiori explicatione eguissent. Vale, beneuole Lector, & Poësitam Latina, quam Graeca, ad laudem & gloriam Dei, reliquorumque cultum, & ad virtutis, omnisque honestatis commendationem vtere.



INDEX



# INDEX CAPITVM HVIVS

## LIBRI.

- Cap. I.* De vocalibus breuibus, longis, ancipitibus & diphthongis.
- Cap. II.* De positione.
- Cap. III.* De muta & liquida.
- Cap. IV.* De modo quo vocales longæ & diphthongi fiunt breues.
- Cap. V.* Quot modis quantitas vocalium ancipitum cognoscatur.
- Cap. VI.* De Accentu.
- Cap. VII.* De contractione & dialecto.
- Cap. VIII.* De derivatione & compositione.
- Cap. IX.* De alpha incremento nominum præcipue quintæ declinationis.
- Cap. X.* De iota incremento quintæ declinationis.
- Cap. XI.* De Ypsilo incremento quintæ declinationis.
- Cap. XII.* De quantitate verborum in præsentis & in imperfecto.
- Cap. XIII.* De quantitate verborum in futuris & Aoristis.
- Cap. XIV.* De quantitate verborum in præteritis.
- Cap. XV.* De quantitate verborum in Mi.
- Cap. XVI.* Regulæ cognoscendi quantitatem ancipitum in primis & mediis syllabis nominum.
- Cap. XVII.* De ancipitum quantitate in antepenultimis syllabis: Et primum de alpha ante vocales & diphthongos.
- Cap. XVIII.* De alpha ante consonantes.
- Cap. XIX.* De iota in antepenultimis: & primum ante vocales & diphthongos.
- Cap. XX.* De iota ante consonantes.
- Cap. XXI.* De Ypsilo in antepenultimis: ante vocales & diphthongos & consonantes.



- Cap. XXII.* De quantitate ancipitum in penultimis  
syllabis. Et primum de alpha.  
*Cap. XXIII.* De alpha in penultimis ante consonan-  
tes.  
*Cap. XXIV.* De iota in penultimis syllabis.  
*Cap. XXV.* De Ypsilo in penultimis syllabis.  
*Cap. XXVI.* De quantitate ancipitum in vltimis sylla-  
bis.  
*Cap. XXVII.* Quomodo quantitas Græca cognosci pos-  
sit nonnunquam præsidio linguæ &  
Profodiæ Latinæ.  
*Cap. XXVIII.* De exemplo & auctoritate.  
*Cap. XXIX.* De syllaba communi & licentiis Poeti-  
cis.  
*Cap. XXX.* De pedibus & versu.  
*Cap. XXXI.* De speciebus metaplasmī.  
*Cap. XXXII.* De patronymicis.  
*Cap. XXXIII.* De notis Arithmeticis Græcorum.  
*Cap. XXXIV.* De mensibus Græcorum.  
*Cap. XXXV.* De pronunciatione Græcorum vocabulo-  
rum, quibus Latini vtuntur.  
*Cap. XXXVI.* Quomodo vocales Græcæ transcant ad  
Latinos.  
*Cap. XXXVII.* Quomodo diphthongi Græcæ ad Lati-  
nos veniant.  
*Cap. XXXVIII.* Qua mutatione consonantes Græcæ in  
Latinam linguam transferantur.

## DISSERTATIO.

De pronunciatione linguæ Græcæ.

CAPVT



## CAPVT I.

DE VOCALIBVS BREVIBVS,  
LONGIS, ANCIPITIBVS, ET  
diphthongis.

RÆCI habent vocales septem,  $\alpha$ ,  $\epsilon$ ,  $\iota$ ,  $\eta$ ,  $\omicron$ ,  $\upsilon$ ,  $\omega$ . Ex his  $\epsilon$  &  $\omicron$  perpetuo breues sunt:  $\eta$  &  $\omega$  semper longæ,  $\alpha$ ,  $\iota$ ,  $\upsilon$ , ancipites, quod modo producantur; modo corripiantur, interdum in eadem, sæpius in diuersis dictionibus, vt libro I. cap. I. declarauimus.

Ex vocalium coniunctione nascuntur diphthongi duodecim, quarum sex priores appellantur propriæ, sex posteriores impropriæ,  $\alpha\iota$ ,  $\alpha\upsilon$ ,  $\epsilon\iota$ ,  $\epsilon\upsilon$ ,  $\omicron\iota$ ,  $\omicron\upsilon$ ,  $\alpha\eta$ ,  $\omega\eta$ ;  $\eta\upsilon$ ,  $\eta\omega$ ,  $\upsilon\omega$ , quæ omnes suapte natura producuntur.

Quia vero fieri potest, vt breues vocales, quantumvis natura sua breues, longæ fiant, & longæ vocales vna cum diphthongis breues, docendum est, quibus modis id contingat; postea de ancipitum quantitate regulas præscribemus; in hac enim cognoscenda potissima difficultas versatur.

Præterimus tanquam notum ex Emmanuele, quid sit tempus, & quæ, quotue tempora syllaba quæuis habeat.



CAPVT II.  
DE POSITIONE.

I.  
**V**Ocalis brevis ante duas consonantes, vel vnam duplicem eiusdem dictionis, longa est positione, τόξον, arcus, στέμμα, corona.

Τόξ' ὠμοῖσιν ἔχων, Iliad. I.

*Arcum in humeris habens.*

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσίν, ibid.

*Manibus coronam habens.*

Ολέκοντο ἧ λαοί, ibid.

*Peribant autem populi.*

Ἦτοι ὅγ' ὡς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἔζετο.

*Sic fatus confedit.*

II. Si altera consonans fuerit in fine præcedentis, & altera initio sequentis dictionis, vocalis nihilominus longa erit. Iliad. I.

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη κρείων Ἀγαμέμνων.

*Hunc autem respondens allocutus est rex Agamemnon.*

III. Litera σ aliquando eliditur, nulla positione facta. Aratus.

ὥρῃ ἑσπερίῃ κρώζει πολύφωνος κερώνη.

*Hora vespertina crocitat clamosa cornix.*

A N N O T A T I O.

Hæc præcepta Græcis cum Latinis communia sunt etiam tertium. Nam & ipsi literam S. elidebant; cuius rei aliquot apud Emmanuelem exempla inuenies præter cætera etiam hoc. Cic. in Arat.

Del.



# DE POSITIONE.

9

*Delphinus iacet haud nimio lustratus nitore.*

Quidam tamen legunt apud Arat. πολύφωνα κερώνη.

IV. Si vtrāq; consonans, aut duplex, sit in principio sequentis dictionis, producetur vocalis præcedens. Iliad. α.

ἔλκετο δ' ἐκ κηλεοῖο μέγα ξίφος.

*Traxit autem ex vagina magnum ensē.*

Ibid πολλαὶ δ' ἰφθίμης ψυχᾶς αἰὶδὶ περιέσφεν.

*Multas vero fortes animas demisit Orco.*

Ποτὶ δ' οὐκ ἔπειρον βάλε γαίῃ. ibid.

*Deiecit sceptrum humi.*

Ἐκ δ' ἀπὸ γλώσσης μέλιτ' ὡς γλυκίων ῥέεν αὐδὴ. ib.

*Cuius ex ore melle dulcior fluebat oratio.*

## ANNOTATIO.

In his exemplis α, ι, breues, item ο & ε producuntur ob duas consonantes in altera dictione: Occurrunt autem huius productionis in omnibus fere Poetarum paginis exempla, idem quoq; Latini nonnunquam, Græcorum imitatione, faciunt; non tantum in monosyllabis, quæ sæpe non alio nomine, quam quod monosyllaba sunt, extenduntur, sed etiam in polysyllabis. Hinc illud Iuven. Satyr. 8.

*Occulta spolia & plures de pace triumphos.*

Et illud Sili lib 9.

*Immane stridens agitur, &c.*

Et illud Virgili i Georg.

*Lappæq; tribuliq; interq; nitentia culta.* & alia huius generis, quæ adfert Emmanuel, licet aliqui hæc & similia excusent cæsura, vel syllaba communi. Sed verius est esse hellenismos.

V. Interdum corripitur præcedens syllaba brevis, etiam si duæ consonantes, vel vna duplex sit in principio sequentis. Iliad. 2.

Οἵ τε Ζάκυνθον ἔχον.

A

S

Qui-



*Quique Zacynthus habitant.*

ἀλλὰ σκάμανδρῳ.

οἷσδ' ἀνήμερ, Iliad. 21.

*Sed Scamander vorticosus abripiet te.*

### ANNOTATIO.

Multa huius generis exempla passim tibi Homerus suppeditabit, qui sæpissime vocalem breuem ante hoc nomen σκάμανδρῳ corripit: ut fere liberum videatur vocalem breuem, vel producere vel corripere, prout carminis ratio exigit. Quod alii itidem Poætæ passim faciunt.

### CAPVT III.

### DE MUTA ET LI-

### QUIDA.

#### I.

**V**Ocalis brevis ante mutam & liquidam, siue eiusdem, siue diuersæ dictionis communis est. Theoc. Idyl. II.

Ω Κύκλωψ Κύκλωψ, πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπότῳ-  
σαι.

*O Cyclops Cyclops, quo mens tua auolauit?*

Ibidem. ἔτω γοῦν ῥαῖσα Δῖγ' ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἡ-  
μῖν.

*Sicigitur facillime viuebat Cyclops noster.*

Iliad. 9. Πάτροκλῳ μὲν σῖτον ἐλὼν ἐπένειμι τῷ-  
πῶζῃ.

*Patroclus quidem panem accipiens distribuit in men-  
sa.*

A N-



ET LIQUIDA.  
ANNOTATIO.

II

Dictum est in regula, *Vocalis brevis*. Nam longa nunquam fit communis, licet sit ante mutam & liquidam: quod diligenter est observandum; ne quis putet *a, i, u*, hoc ipso quod antecedunt mutam & liquidam, esse communes. Non est ita, sed oportet ut saltem in illa dictione, natura sint breves; quod aliquando, maxime apud Latinos, ex Re-ctis deprehendere licet. Propterea enim isti obliqui, *patris*, *patri*, *patrem*, *patres*, a commune habent, quia *a*, in nomina-tivo, *pater*, breue est; sed *matris*, *fratris*, & similes perpetuo habent *a* longum, quia in his nominandi casibus *mater*, *frater*, *a* longum est, & idem iudicium esto de aliis tam La-tinis, quam Græcis, siue in eadem, siue in diuersis dictioni-bus.

II. Non modo *λ* & *ρ*, sed etiam *μ* & *ν* cum mu-tis apud Græcos liquefcunt, breuemq; vocalem faciunt communem, quod apud Latinos non fit, nisi in Græcis dictionibus, quibus ipsi vtuntur, vt *Cycnus*, *Tecmessa*, *Therapnæ*, *Ichneumon*. Theocrit. Idyl. 22.

Λαῖψ' ὅ σόμα πύψε, πυκνοὶ δὲ δ' ἄβησαν ὀδόντες.

*Sinistra vero os percussit, crepitauit autem crebri dentes.*

Idem Idyl. 1.

Καὶ λέγε τὸν βῶταν νικῶ δάφνιν, ἀλλὰ μάχου-  
μοι.

*Et dic bubulcum vinco Daphnin. Sed congregere me-cum.*

Idem Idyl. 15. ἐπὶ δὲ δ' ἄβησαν κυνάδας, χειρῶν δ' ἄπο-  
πλάματα πηρῶν.

*Septem drachmis pilos caninos ex vetulis & mutila-tis ouibus conuulsos.*

Et Idyl. 6.

τίς κομόωντας

Πελα-



Πριαμίδας ἢ θῆλυ δ' ἀπὸ χροίας κύκνον ἔγνω;  
*Quis comatos Priamidas aut muliebrem à colore no-*  
*uit cygnum?*

## A N N O T A T I O.

Vt hoc præceptum planius intelligas, lege quæ hac de  
 re erudite scribit noster Emmanuel, vbi de præceptionibus  
 positionis agit.

III. Vocalis brevis fit etiam apud Græcos com-  
 munis ante literas, μν, κλ, πλ, Hesiod. in Erg.

ἢ τε καὶ ἀπάλαμνόν περ ὁμῶς ὅππ' ἐργον ἐχίρει,

*Quæ etiam ignauum ad opus excitat.*

Homer. Βατράχ.

ἀλλ' ὅππ' ἐκτερον ἰὼν ἄκρον δ' ἄκτυλον καταδά-  
 κνω.

*Conscenso lecto summum mordeo digitum.*

Theoc. Idyl. 17.

Ἰωρηχθεὶς ὅππ' ἐβασὶν ἀνάρσι & Αἰγυπλίῃσι,

*Armatus in armenta hostili animo AEGYPTIA.*

Hom. Odys. 4.

Κύπρον, Φοινίκῃ τε καὶ Αἰγυπλίῃς ἐπαληθεὶς.

*Cyprum, Phœniciam & AEGYPTUM pererrans.*

## A N N O T A T I O.

Hinc fit vt pleraq; verba ab his literis incepta repetant  
 in præterito primam thematis, vt diximus in Grammatica  
 cum de augmento præteriti ageremus. Videtur autem Mar-  
 tialis simile quid ausus lib. 5.

*Sardonychas, Smaragdos, Adamantas, Iaspidas uno*

*Portat in articulo Stella, Severe meus.*

Et Propertius hellenismo vsus est hoc versu.

*Te scelus accepto Thracis Polymnestoris auro,*

*Nutrit in hospitio non Polydore pio.*

Et



Et Ouid. 13. Metamorph.

*Vadit ad artificem dira Polymnestora cadis.*

Alii tamen legunt *Polymnestora*.

IV. Vocalem breuem etiam tunc sæpe pro communi habent Græci, cum solam liquidam antecedit. Iliad. 1.

αὐτοὺς δ' ἐλώρια πεδχε κύνεασι.

*Fecit ipsos escas canibus.*

Hom. hymno in Merc.

ἱμερόεν κρονάβησε, Θεὸς δ' ὑπὸ μέλῳ ᾄεισε.

*Suauiter sonuit, Deus autem melos cecinit.*

Theoc. Idyll. 11. ποδάκεις ὧ πολύφαμε τὰ μὴ καλά, καλὰ πέφανται.

*Sæpe ô Polypheme quæ non sunt pulchra, videntur pulchra.*

Ἀνέρες ἔστε φίλοι, viri este amici.

Ἄρες ἄρες βροτολοιγέ, μισαιφόνε.

*Mars, Mars homicida.*

Quæ duo aliquoties apud Homerum occurrunt.

#### ANNOTATIO.

Alii primum illud testimonium ita legunt, αὐτοὺς ᾗ ἐλώρια πεδχε κύνεασι, vel αὐτοὺς δ' ἐλώρια.

V. Idem quandoq; contingit, licet liquida sit in principio dictionis sequentis. Homer. Iliad. 22.

Πολλὰ λιασομένηω εἰδ' ἔκτορ θυμὸν ἔπειθεν.

*Multa precantes, neq; Hectori animum fledebant.*

Et



Et Iliad. 4. ὥς ὅτ' ἀπὸ σκοπιῆς εἶδε νέφ' αἰπόλῳ  
ἀνῆρ.

*Sicut cum nubem ex specula videt caprarius.*

### A N N O T A T I O.

Hæc Græcorum propria sunt: Quamuis Persius quoque in prologo simile quiddam sibi permiserit.

*Cantare credas Pegaseium melos.*

Longa prima in nomine melos; Est enim scazon.

Liquidæ non solum postpositæ, sed etiam mutis antepositæ liquescunt interdum, tam in eadem, quam in diuersis dictionibus, ut quidam volunt.

In eadem, ὦ ante θ. Dionys. de situ orbis.

Καὶ τρίπολιν λιπαρὴν, ὁρῶσι δαίτε μάρνανθόντε.

*Tripolim feracem, & Orthosida & Maranthum.*

μ ante φ. Odys. 11.

Καὶ ῥα ἔχεν δύο παῖδας Ἀμφιονά τε Ζητόν τε.

Duos habebat filios Amphionem & Zetum.

ρ ante π. Orpheus init. Argonaut.

δείξαί τε θαλάσσης.

Παρθενίης ἀταρπούς, ἐπήρατον ἠρώεσι.

*Ostende vias maris virginiei, quod gratum erit Heroibus.*

γ loco ν ante χ. Hesiod. in Erg.

Εἰ γάρ τι καὶ χερῶν ἐγχείρον ἄλλο γήνηται.

*Quod si negotium aliud quale solet inter vicinos existat.*

ν ante κ, in diuersis vocibus. Iliad. 24.

Ἄλλ' ἐγὼ εἰδέν σε ῥέξω κακόν, καὶ δέκεν ἄλλον  
σεῦ ἀπαλεξήσομαι.

*Nihil mali tibi faciam, quin potius alium quoque à te arcebo, ne noceat.*

ρ ante τ. Iliad 22.

Τῶν μνηστῶν φίλον τέκνον ἄμυνε ἢ δῆϊον ἀνδρα.

*Horum memento chara proles, & fuga inimicum virum.*

μ ante ω in illo versu Homeri, hymno in Cybelen.

ἢ κροτάλων τυμπάνων τ' ἰαχὴ σὺν τε τρώμῳ αἰλῶν,

Cui



*Cui crepitaculorum tympanorumque sonitus & clangor tibiarum (placet)*

Idem fit apud Catullum, Carm. de Berecynthia & Attis Niveis (citata) cepit manibus leue tympanum, ante vocalem. Dionys. de situ orbis.

τῷ δ' ἐπὶ βοιωτῶν τε πῆδον καὶ λοκρῶν ἄρσρα.

Et Phocyl. μηδ' ἐς ἔρωτα γυναικῶν ἅπας ῥύσῃς ἀνὰ γυναικῶν.

*Neque amore mulierum totus diffusus perditio.*

Nonnunquam corripiunt vocalem non obstantibus tribus consonantibus. Hom. Iliad. π.

ὃν πότμον γόωσα λιπὼσ' ἀνδρότητα καὶ ἥβην.

*Suam sortem lugens & relinquens virilem aetatem & iuventutem.*

Cæterum omnes istæ observationes videntur ex depravatis codicibus natae. Nam ut à primo versu ordiar, correcti codices ita habent apud Dionysium.

καὶ τρεῖς πόλιν λιπαρῶν, ὁρῶσι δ' αὖτε μέγα θόρον τε.

Apud Homerum vero ita :

καὶ ῥ' ἔχεν δ' ὅο παῖδ' Ἀμφιόνα τε Ζηθόν τε.

Tertius versus sic legitur apud Orpheum :

παρθένης ἀτραπούς.

In quarto eliditur α per apostrophum.

εἰ γάρ τοι καὶ γρημ' ἐν χῶρον.

Quintus sic scribitur apud Homerum :

ἀλλ' ἐγὼ εἶδ' ἐν σε ῥέξω κακὸν, ἀλλὰ κεν ἄλλον  
σεῦ ἀπαλεξήσομαι.

Sextus versus est iste :

τῶν μνηστῶν φίλε τέκνον.

In septimo qui est Homeri recte legunt alii: τυπάνων, & apud Catullum tympanum : est enim tympanum idem quod tympanum.

Octauus, qui est Dionysii, hoc modo scribi debet :

τῷ δ' ἐπὶ βοιωτῶν τε πῆδον καὶ λοκρῶν ἄρσρα.

Quam scripturam agnoscit Eustathius, licet alii legant λοκρῶν, eamque confirmant hoc Tryphiodori versu.

ἐν γὰρ



Ἐνθα κῆ ἔνθα φέρησι λόγον κλυτοπόλων Ἀχαιῶν.

Verum alii apud ipsum Tryphiodorum legunt etiam  
κλυτόπων, & apud Phocylidem: γυναικός.

In nono deniq; versu legunt alii:

ὃν πότμον θόωσα λιποῖσ' ἀδροτῆτα κῆ ἥβην.

Vnus tamen occurrit versus Solonis, vbi brevis ante li-  
quidam & mutam corripitur, & vnus Hesiodi, in quo bre-  
uis ante duas mutas, & vnam liquidam nihilominus brevis  
est.

Prior est iste pentameter.

Ἀττιγὸς ἔτ' ἄνῃς τ' Σαλαμῖν' ἀφέντων.

*Atticus hic vir vnus est ex illis, qui Salaminem deserue-  
runt.*

Posterior est iste in clypeo Hercules.

Ἀλκμήνη, θυγάτηρ λαοσόου ἡλεκτρυῶν.

*Alcmene, filia populorum seruatoris Electryonis.*

Nisi quis hic fingere velit σωίζησιν.

Quo minus mirandum est, Christianos Poëtas corri-  
puisse interdum primam syllabam vocis *Ecclesia* positione  
longam. Paulinus lib. 2. de vita S. Martini.

*Obtexit veris mox mater Ecclesia templis.*

Idem Natali 4. S. Felicis.

*Cum pia sacrilego quateretur Ecclesia bello.*

Tertullianus.

*Esse caput Christum, sunt cuius Ecclesia membra.*

Nisi quis in his locis simplici c contentus esse velit.

#### CAPVT IV.

### DE MODO QVO VOCALIS LONGÆ ET DIPHTHONGI fiunt breues.

#### I.

**Q**uælibet vocalis & Diphthongus commu-  
nis est in fine versus sicut apud Latinos.

II. Vo-



II. Vocales longæ & diphthongi breues esse possunt subsequente in altero vocabulo vocali aut diphthongo, neq; enim eliduntur vocales concurrentes, ut in latino carmine fieri solet. Homer. Iliad. I.

ἐδ' ἀπίθησε

μύθῳ Ἀθλωαίης.

Neq; inobediens fuit dicto Minervæ.

ὁ ζῶς ἄλλοκα μὲν πέλει αἶθε, ἄλλοκα δ' ὕει.

Theocr. Idyll. 4. Et Iuppiter quidem nunc serenus est, nunc pluit.

ἄλλε τι οὐ φθαλμός μού οὐ δεξιός. Idem Idyll. 3.

Salit mihi dexter oculus.

Iliad. I. ἄξω ἐλὼν, ὃ δ' ἐκεν κεχολώσε' ὃν κεν ἴκωμαι.

Auferam; ille autem indignabitur ad quem venero.

## ANNOTATIO.

Ad imitationem Græcorum scripta sunt illa à Latinis.

Virgil. Æneid. 3.

Insula Ionio in magno, quas dira Celano.

Æneid. 5. Victor apud rapidum Simoenta sub Ilio alto.

Et alia quæ adfert Emmanuel, in quibus vocales longæ & diphthongi corripuntur ob sequentem in altera dictione vocalem aut diphthongum, nulla elisione facta.

III. Idem fit interdum, quamvis sequatur consonans in altera dictione.

Pythag. πύσε καταχθονίης σίβη δαίμονας ἐννομας ῥέζων, quidam legunt σέβε.

Deos inferos cole iustis solutis.

Odyss. 2. εἰδ' ἐκεν οἴκαδ' ἴκωμαι, φίλιν ἐς πατρίδα γαῖαν.

B

Quod



*Quod si domum venero in charam patriam.*

IV. Sæpius producitur longa vocalis & diphthongus, si in eadem dictione vocalem vel diphthongum antecedit, quamvis aliquando corripitur, ut in his exemplis.

Iliad. 6. ἔδ' ἐγὼ ἔδ' ἐδρύαντο ὃς κρατερὸς Λυκόμεργος.

*Neq̄, enim Dryantis filius fortis Lycurgus.*

Tyrtæus. μή καταλείποντες φάγετε σὺ γεραιῆς.

*Ne fugiatis relictis senibus.*

Theoc. Idyll. II. καθεζόμενος δ' ὅππ' πέτρᾳ ὕψι  
Ψηλὰς εἰς πόντον ὁρῶν αἶδε τοιαῦτα.

*Sedens in petra respiciensq̄ in pontum talia canebat.*

Sappho. τῷ γε πῶϊ πελάγωνι πατὴρ ἀνέθηκε μῦσος.

*κύρτον καὶ κόπαν, μνᾶμα κακῆς ζωῆς.*

*Meniscus parens posuit piscatori Pelagoni nassam & remum, monumentum vitæ miseræ.*

V. Vocalis longa vel anceps ante aliam vocalem breuem vel longam non corripitur necessario.

Homer. Iliad. 12. φοινῆεντα δ' ἔχοντα φέρων ἄνυχεας.

*Ferens cruentatum vnguibus draconem.*

Ζῶν ἔτ' ἀσπαίροντα. Ibid.

*Vivum adhuc palpitantem.*

Idem Homer. Iliad. 11.

Διὰ δ' ἐμπερές ἰδὸς

ἐν γαίῃ κατέπηκτο.

*Penitus autem sagitta in terra defixa est.*

VI. Vo-



VI. Vocalis brevis ante aliam vocalem longam, vel diphthongum, corripitur, nisi producatum quadam licentia.

Πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

*Duum hominumq; pater.*

Idem Iliad. 8. εἰσρόων τρώων τε πόλιν καὶ νῆας Ἀ-  
χαιῶν.

*Intuens Troianorum urbem & naues Græcorum.*

## CAPVT V.

## QVOT MODIS QVANTITAS

VOCALIVM ANCIPITVM

cognoscatur.

**H**Actenus de diphthongis vocalibusque natura breuib; & longis dictum est, quomodo illis vtantur, & interdum etiam abutantur Poëtæ. Sequitur iam vt regulas tradamus cognoscendi quantitatem ancipitum vocalium, in quibus, vt supra me dicere memini, omnis propemodum difficultas Græcæ Prosodiæ versatur. Videntur autem si non plures, quam Latinis: certe non pauciores Græcis suppetere rationes inuestigandi quantitatem harum vocalium. Nam ancipitum quantitatem cognoscere licet, 1. Accentu. 2. Contractione. 3. Dialecto. 4. Deriuatione. 5. Compositione. 6. Incremento nominum. 7. Incremento verborum. 8. Regulis quibusdam specialibus tam de vltimis quam de non vltimis syllabis.

B

2

9. Vsu



9. Vſu & præceptis Latinæ linguæ & Profodiæ.  
 10. Exemplo & auctoritate, ſeu vſu & lectione  
 Poëtarum.

CAPVT VI.  
 DE ACCENTV.

## I.

**A**Ntepenultima acuta, ſemper brevis eſt vlti-  
 ma, exceptis Atticis, ὁ μὲν ἑλεως, τὸ πόλεως, ciui-  
 tatis, τὸ πόλεων, de quibus lib. i. cap. 22. exceptiſque  
 diphthongis αἰ & οἰ quæ in ratione accentuum  
 habentur breues, non autem in quantitate, ἡ  
 πότνια, veneranda. ἡ τεράπεζα, menſa. ἡ ἀσέχρα, impu-  
 ritas. ἡ δ' σέβεια, pietas. ἡ ἀλήθεια, veritas. ἡ τεράπις, ancilla.  
 τέτυφα, ἐτύψα, ἐτύψας, verberaui. τὸ σίνηπι, ſinapi.  
 τὸ μέλιτι, melle. τὸ οἶνόμελι, vinum mulſum, ὃ καὶ  
 ἡ φιλόπατρις, amans patriam. ὃ καὶ ἡ δ' χαεῖς, gratus,  
 ὃ καὶ ἡ ἀχαεῖς, ingratus. ὃ πέλεκυς, ſecuris. ὃ καὶ ἡ νέη-  
 λυς, aduena.

## A N N O T A T I O.

Hac regula certiffima & nuſquam non obuia certo &  
 expedite cognoſces quantitatem plurimorum vocabulo-  
 rum, quæ in vltima ſyllaba ambiguis vocalibus con-  
 ſtant.

II. Vltima brevis eſt, quando penultima  
 circumſlectitur, niſi obſtet poſitio. μῦσα, μου-  
 σῶν, Muſa. ἡ μοῖρα, Parca, fatum, μοῖραν. βα-  
 ρεῖα, grauis. ὀξεῖα, acuta. ἡ δ' λεία, ſuauiſ. σῶμα, cor-  
 pus. βῆμα, ſedes, ſuggeſtum. χρῆμα, vſus, pecunia.  
 τυφθεῖα, verberata. τιθεῖα, θεῖα, ponens. διδῶν, dans.



*dans.* εἴη, *sta.* γνώμι, *cognosco.* δύνμι, *subeo.* κλῦμι, *voco.* τὸ πῶϋ, *grex ovium.* ὁ πῆχυς, *cubitus.* at φοῖνιξ, *Phœnix.* αὐλάξ, *sulcus,* & similia impediuntur positione, quo minus ultimam habeant breuem.

III. Cum penultima natura longa, accentum acutum habet, signum est, ancipitem, quæ est in ultima syllaba, esse longam. ἡ λήδα, *Lada.* ἡ ὥρα, *hora.* ἡ Φαίδρα, *Phædra.* ἡ δολεία, *seruitus.* ἡ λατρεία, *cultus.* ἡ βασιλεία, *regnum.* ὁ Αἰνείας, τὸ Αἰνείας, ὦ Αἰνείας, *Aeneas.* ὁ Αἶας, *Aiax.* ἡ δικαία, *iusta.* τὰ μέσσα in Duali.

## ANNO TATIO.

Ratio huius regulæ est, quia longa ante ultimam breuem, si accentum habet, circumflexum habeat oportet, ut ex doctrina accentuum constat. Hinc necessario intelligimus, ultimas in prædictis, aliisq; similibus vocabulis esse longas.

IV. Quando masculinum est proparoxytonum in ς⊕ vel ⊕ purum, fœmininum vero eius paroxytonum, pro certo habeas, ultimam fœminini esse longam, ὁ ἅγι⊕, *sanctus,* ἡ ἁγία, τὸ ἅγιον. ἡμέτερ⊕, *noster,* ἡμέτερα. ὑμέτερ⊕, *vester.* ὑμετέρα, *vestra.* ὁ σοφώτερ⊕, *sapientior,* ἡ σοφώτερα.

V. Anceps nominis paroxytoni brevis est, si ultima quoq; brevis sit. τὸ ξύλον, ξύλα, *lignum.* ὁ φίλ⊕, *amicus.* τὰ φίλα, *amica.* μάλα, *valde.* ἄμα, *simul.* ποδάκις, *sæpe.* τετράκις, *quater.* πεντάκις, *quinquies.* ἡ φύσις, *natura.* ἡ λύσις, *solutio.* ὁ βί⊕, *vita.* τὸ χά⊕, *chaos.*



## ANNOTATIO.

Ratio huius præcepti est, quia si α, ι, υ, in penultimis prædictarum vocum longæ essent, circumflecterentur, iuxta regulam accentuum, quæ docet longam ante finalem breuem, si habeat accentum, habere circumflexum. Ne quis autem decipiatur, diligenter attendendum est, utrum ultima corripiatur. Nam si longa sit ultima, nihil inde intelliges de quantitate penultimæ, ut ξύλῃς, φίλῃς, φίλῳ, &c. nisi ex alio casu, cuius ultima brevis sit, quantitatem iam indagaveris, tunc enim idem iudicium erit de casibus, quorum ultima longa est. Nam ut ξύλον in recto primam habet breuem, ita & in obliquis.

VI. Omnis syllaba circumflexa longa est. ὁ μῦθος, *mus*, ὁ vel ἡ ὕς, σὺς, *sus*. τὸ πῦρ, *ignis*. ὑμεῖς, *vos*. ἡμεῖς, *nos*. ὑμῖν, *vobis*. ἡμῖν, *nobis*. ὁ μῦθος, *sermo, fabula*. ὁ πῖλος, *pileus*. ἡ Ἀθηνᾶ, *Minerva*, ἡ μινᾶ, *mina*.

## CAPUT VII.

## DE CONTRACTIONE ET DIALECTO.

## I.

Omnis syllaba ex contractione nata siue circumflexo notetur, siue non, longa est, κρέατα, κρέαα, κρέα, *carnes*. ἐβόαε, βόαα, *clamabat*. βόαε, βόα, *clama*. τῇ πόλει, *ciuitati*, τῇ πόλι, πόλιες, πόλις. οἱ βότρυες, βότρυας, βότρυς, *botri*. ὁ ἄέκων, *pro ἄκων, inuitus*.

## ANNOTATIO.

Videntur interdum Poetæ hoc præceptum non obseruare. Apoll. lib. I.

Ἀρχόμενος εἰς φοῖβε παλαιχρῆων κλέα φάτων μνήσκειαι.

*Incipiens*



*Incipiens à te ô Phœbe, priscorum facta virorum, canam.*

Et in illo Epigrammate.

Οἱ κόρες ἄχαι κόρες κατέσταντό με. ἀλλ' ἐκατέσταν,   
 Ἄχαι κόρες καὶ τοὺς κόρες ἐκατέσταν.

*Cimices ad satietatem usq; satiati sunt ex me, sed ego vicissim satiatus sum usq; ad satietatem, excorians cimices.*

Epigramma est petitum ex annominatione τῶν κόρες, κατέ-   
 σταν, & verbi ἐκατέσταν.

Priori quidem versu Apollonii corripitur videntur α cōtra-   
 ctum, in hoc vero Epigrammate iota contractum. Sed di-   
 cendum est tales syllabas non per contractionem, sed ex-   
 emptione alterius literæ factas, κλέενα ablato ε per syncope,   
 κλέα, vltima breui, & κατέσταν exempto α manet iota breue.   
 Aliud est enim contractio & synæresis, aliud syncope, tam   
 apud Græcos, quam apud Latinos.

II. Α'λφ Doricum natum scilicet ex η, longum   
 est. Theocr. Idyll. i.

αἰδύπιο ψιθύρισμα, καὶ αἰπίτης αἰπόλε πλώα, pro   
 ἡδύ, ἡ πλώη, vel ἐκείνη.

*Dulcis est susurrus & pinus ô caprarie illa.*

Ibid. ἀσκητὰ πέπλωτε καὶ ἀμπυκι.

*Ornata peplo reticuloq;.*

Longum est etiam illud quod non venit ex η,   
 sed ex ε, vt αἶκα, pro εἶκε. Theoc. Idyl. i.

Αἶκα πλώ & ἔλη κεραὸν τραγόν.

*Si ipse acceperit cornigerum hircum.*

## ANNOTATIO.

Aliquando contra fit. Nam πῶκα pro πῆτε, & ὄκα pro ὄτε,   
 & ἄλλοκα pro ἄλλοτε, corripuntur interdum apud eundem I-   
 dyll. i 4. & alibi.

III. Α'λφ Æolicum breue est apud Poëtas,   
 quamvis ex η factum. Iliad. 3.

B 4

δεδρ



δεδρ' Ἰνύμφα φίλη, pro νύμφη.

Et Theocr. Idyll. 27. θάρσ' κώρα φίλα,  
Bono animo sis, pro κώρα, seu κόρη, puella.

## A N N O T A T I O.

Idem quod Æoles faciunt Latini. Ultimam enim in his, fama, plaga, machina, aliisq; corripunt, licet descendant à Græcis φήμη, πληγή, μηχανή.

IV. Æoles quoq; α, alioquin longum, corripunt in accusatiuis pluralibus primæ & secundæ simplicium, atq; in participiis in ας, Theoc. Idyl. 21.

ἀπενία, διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει.

Paupertas, ô Diophante, sola excitat artes.

Idem Idyll. 1. πάντα δ' ἐναλλαχῶσιντο, καὶ αἱ πίτυς ὄχνας ἐνείκαι.

Omnia commutentur, & pinus pira ferat.

Idem Idyl. 3. τί τ' ἔμιν τὸ καλὸν πεφιλαμῆε βόσκει τὰς αἴγας.

Tityre mihi valde chare pascere capellas.

Idem Idyl. 5. πᾶσας ἐγὼ λησῶ, συβρατίδι & ἐνδοσικράνας.

Omnes ego lauabo in fonte Sybaritico.

Et Idyl. 4. βόσκειν δέ μοι αὐτὰς ἔδωκεν.

Illas mihi pascendas dedit.

Hesiod. δῆσας ἀλυκτοπέδησι προμηθεῶς.

Ligans Promotheum vinclis ineuitabilibus.

Idem Theog. πᾶδας ἡμάτα πάντα ἐς μεταναιέτας εἶναι.

Filios cunctis diebus suos esse incolas.

## A N N O T A T I O.

Pro δῆσας ultima longa. Nam si quantitas ultimæ syllabæ mu-



bre mutetur, omnino etiam mutatur accentus. Hinc alpha longo in hac voce, κῶρα, acutus est in penultima, alpha vero breui, circumflexus, κῶρα. Occurrunt autem passim alia apud Theocritum huius Æolicæ correptionis exempla; licet enim ipse Doricam Dialectum confectaretur, non reiiciebat tamen Æolicam, quando carmini seruiebat.

V. ΑΛΦα quoq; Ionicum breue est in penultimis præteritorum Ionicorum, γέγραα, μέμαα, ἔσαα, βέβαα: γεγραῶς, μεμαῶς, ἔσαῶς, βεβαῶς, licet ex η oriaur, ablato κ, γέγηκα, μέμηκα, βέβηκα, ἔσηκα. Sic πέφυκα, πέφυα, υ, breui.

ANNOTATIO.

Diximus de his præteritis in Grammatica, c. 15. & passim inuenies apud Homerum, & alios exempla.

Notetur tamen hic hoc participium μεμαῶς, habere aliquando penultimam longam, aliquando breuem, longam cum in obliquis habet ο. Iliad. 2.

Λαοὶ θωρήσσοντο μεμαῶτες ἐγχείησι.

Populi armabantur, hastis prompti.

Breuem cum in obliquis habet ω. Iliad. 3.

ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν.

In animo cupientes opitulari.

VI. ΑΛΦα Ionice insertum tertiis personis pluralibus passiuus & mediis præsentis, præteriti, plusquamperfecti, & futuri, breue est, πετύφαται, verberati sunt, βεβολήατο, vel βεβλήατο, τυπώατο, τυφώατο, &c. ἔαται pro ἴωται, sedent. κέαται, pro κείνται, iacent.

ANNOTATIO.

De his personis multa dicta sunt libro primo, cum de verbo passiuo ageremus. Exempla passim sunt obuia in Homero.

B 5

VII. Αλ-



VII. Ἄλφα Ionice interpositum verbis circumflexis in αω, producitur, si syllaba proxime antecedens sit longa, μαίμαε, μαίμα, μαίμαα, ἀμαίμαω, impetu feror, incitor, vehementer desidero. μῆμοιναώ, incitatus cupio, μῆμοιναῶ, μῆμοιναά. Homer. Iliad. 19.

Εἴπερ ὃ θυμῷ γε μῆμοιναά πολεμίζειν.

*Etiam si animo promptus sit ad pugnandum.*

#### ANNOTATIO.

De hac literæ α interiectione plura habes libr. I. in secunda coniugatione circumflexorum.

VIII. Si syllaba antecedens proxime literam α sit brevis, ipsum etiam ἄλφα breue erit. Iliad. 13.

πολέμοιο μῆμοιναῶ

Ἀντιάαν.

*Cupit bellum capessere.*

Sic βοάα, μηχανάαται, ἐγνώαομαι, & similia α prius breue habent, vt & ἐσάωσι, pro ἔσωσε, seruauit.

IX. Personæ Ionicae verborum in μι, πιθέασι, διδάασι, ζώγνύασι, & ἔασι, pro εἰσὶ, sunt, & ἴασι, pro εἴσιν, eunt, α longum habent: Iliad. 16.

καὶ τ' ἀγέληδ' ἴασιν ἀπὸ κελύφης μελανύδρου.

*Gregatim veniunt à fonte nigrae aquae.*

Hom. Odys. 19. τοῖσ' τοὶ πτωχοὶ καὶ ἀλήμονες ἄνδρες ἔασι.

*Tales sunt viri pauperes & erronei.*

#### ANNOTATIO.

Fit hoc ob generalem regulam, quæ docet omnem personam verbi deficientem in σι, penultimam producere. τῶπ' οὖσι, πετύφασι, πιθέασι, &c.

X. Bre-



X. Breue est  $\alpha$  ex  $\eta$  per diæresin natum, ἡγλυ, ἐάγλυ, ἡγα, ἐαγα, κατέαγα, fractus sum. ἡλων, ἐάλων, captus sum. De quibus lib. I. c. 23.

XI. Quando ex diphthongis vocalis abiicitur, anceps quæ remanet brevis est, φάγω, fugio. Φυγή, fuga, πείθω, persuadeo. πιθανός, probabilis, τὸ ζεύγος, iugum. ὁ ζυγός.

XII. Quando diphthongus propria vel impropria per dialysin dissolvitur in duas syllabas, tunc vocales ancipites corripuntur: ut, πάις pro παῖς, εὔ pro εὔ, αἶδης pro αἰδης. Hesiod. in Erg.

κρύψετ' ἢ πῦρ, τὸ μὲν αὔθις εὔς παῖς ἰαπετῖο.

*Abscondit vero ignem, quem rursus bonus Iapeti filius.*

Tryphiod. καὶ σκιδρον μὲν ἔβαινε λιπὼν εὐπάρθενον ἄστυ.

Scyrum abiit, relinquens urbem pulchras virgines habentem.

Iliad. 15. ζῶς ἢ ἐγὼ, τρίτατος δ' αἰδης ἐνέροισιν ἀνείσων.

*Iuppiter & ego, & tertius Inferis imperans.*

## ANNO TATIO.

Aliquando tamen producuntur huiusmodi vocales. Theoc. Idyll II.

ἔπει γὰρ ῥαῖσα Δία γ' ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἡμῖν.

Sic igitur facillime vivebat noster Cyclops. ῥαῖσα pro ῥαῖσα.

ὁ θρᾶξ. Thrax, dialysi Ionica, θρήϊξ in obliquis aliquando corripitur, ut Iliad. 4.

θρήϊκες ἀκρόκηρυγι, δόλιχ' ἔγχεα χερσὶν ἔχοντες.

Thracum comati longas hastas manibus tenentes aliquando producitur.

Dionys.



Dionys. αὐτοὶ δὲ Θρήκες ἀπείρονα γαῖαν ἔχοντες.  
 Ipsiq; Thraces immensam terram habentes.

## CAPUT VIII.

DE DERIVATIONE ET COM-  
POSITIONE.

## I.

**D**eriuata sequuntur naturam eorum, à quibus deriuantur: ὁ δίκαιος, iustus. ἡ δίκη, iustitia. δικάω, iustum facio. ἡ δικαιοσύνη, iustitia. τὸ δικαίωμα, omnia prima breui. τιμάω, honoro. ὁ τίμιος, honorandus. prima longa. νικάω, vinco. νίκη, victoria. ὁ νικητής, victor. prima longa. κρίνω, iudico, ἐκρινων, prima longa in omnibus. ὁ κριτής, ὁ κριτικός, prima breui. Sic ἀνά, ἄνω, supra. καί, κάτω, infra, itidem prima breui.

## ANNOTATIO.

Hæc regula de deriuatis magnum subsidium adfert ad cognoscendam quantitatem verborum, ut planum fiet ex illis, quæ infra dicemus de verborum incremento. Verbum νικάω corripitur dicitur in illo versu:

Ἀργυρείας λογχήσι μάχῃς καὶ πάντα νικήσῃς.

Argenteis hastis pugna: et omnia vinces.

Alii tamen legunt, καὶ πάντα κρατήσῃς.

II. Multa quæ suæ originis naturam non sequuntur, usu affiduaq; Poëtarum lectione discenda sunt, ut ἡ μανία, furor, prima breui. ὁ μανικός & μανιακός. prima longa. Orph. in Bacch.

Κικλήσκω σε μάκαρ πολυώνυμε, μανικὲ βακχεύ.

Voco



*Voco te beate, multorum nominum & furiose Bacche.*

Sic ab αἰ, *semper*, prima breui, fit, ὁ καὶ ἡ αἰδ, &, *æternus*, & ὁ καὶ ἡ αἰένα &, *perennis*, prima longa.

III. Composita fere sequuntur breuitatem vel longitudinem suorum simplicium; ἡ γυνή, *mulier*, prima breui, ὁ ἀνδρόγυνος &, *Androgynus*. ἡ τιμή, *honor*. ὁ καὶ ἡ ἀτιμία &, *inhonorus*. penultima longa. ὁ θυμός, *animus*. ὁ καὶ ἡ μέγας θυμός &, *magnanimus*. ὁ ὕψος, *longo*. ὁ κριτής, ὁ ὑποκριτής, *hypocrita*. ὁ λαός, *populus*. ὁ Μενέλαος &. ἡ στάσις, *status*. ἡ κατάστασις. ἡ φράσις, *phrasis*, *locutio*. ἡ μεταφράσις, ἡ ὁδὸς φράσις. πᾶσα, *omnis*, ἅπαντα, σύμπαντα. Quædam tamen extra compositionem longa, breuia fiunt in ipsa compositione, vt πᾶν, πανάρετοι, παναχαιοί, & similia. *Iliad. 2.*

Κίκλησεν ἡ γέροντας ἀριστῆας παναχαιῶν.

*Vocauit autem senes, optimates omnium Græcorum.*

IV. Præpositiones quæ in ancipitem desinunt, breuem habent ancipitem, & extra & intra compositionem, nisi positio obstat. ὡς, ἀμφί, περί, ἀνά, κατὰ, ὑπὲρ, ἀντί: ἀντιλέγω, *contradico*. περίτεχω, *circumeo*. τὸ ἀμφιθέατρον, *Amphitheatrum*, κατὰβαλλω, *deicio*.

ANNOTATIO.

Poetæ ex κατὰ, ἀνά, παρὰ, sæpe abicere solent α in compositione & extra, quamuis sequente consonante, de qua re diximus lib. I. cap. 13. κατὰ ποταμὸν, pro κατὰ ποταμὸν αἰσας, pro ἀνασας.

Inter.



Interdum additur iota ad alpha. Iliad. λ.

ἀγαθὴ ἡ παροΐφασίς ἐστιν ἐπαίρις.

*Bona est admonitio sodalis.*

Interdum producuntur solita Græcorum licentia, ut infra suo loco allatis exemplis planum fiet.

V. Præpositiones quæ in prima syllaba ancipitem habent, eandem corripunt, siue in compositione, siue extra, καὶ, ἀνὰ, nisi licentia quadam secus eueniat.

VI. A, priuatiua particula brevis est, ὁ ἀδάμας, *adamas*, ὁ καὶ ἡ ἄτομος, *atomus*. ὁ καὶ ἡ ἀκαθαρτός, *inornatus*, *immundus*. ὁ καὶ ἡ ἀπιδόμος, *inhonoratus*. ὁ καὶ ἡ ἀκλεής, *inglorius*.

Hom. Iliad. ι. αἶψ' ὄφελος παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος καὶ ἀπήμενων, ἦοδαμ.

*Vtinam sederes ad naues sine lachrymis & damno.*

VII. Corripuntur ancipites harum vocularum inseparabilium ζα, ἀρι, ἐρι, δυσ, βρι. ὁ ζάθεος, *diuinus*. ὁ καὶ ἡ ἀρίδης, *conspiciuus*. ὁ καὶ ἡ ἐριβόλαξ, *ferax*. ὁ καὶ ἡ δύσεως, *perdite amans*. ὁ καὶ ἡ δυσώδης, *olidus*. ὁ βριαρὸς, *robustus*, *validus*.

Hesiod. αἶψ' ἐλικῶν ἔχουσιν ὄρε' μέγατε ζαθεόντε.

*Quæ Heliconis montem habent magnum & diuinum.*

Hom. Odyss. ιι. καὶ τίτυον εἶδον γαίης ἐρικυδέος υἱόν.

*Vidi etiam Tityum terræ claræ filium.*

Hesiod. ρεία δ' ἀείζηλον μινύθει καὶ ἀδελον ἀέξει.

*Facile deprimat illustrem, & obscurum extollit.*

VIII. Si



VIII. Si prior pars compositionis in α, ι, vel υ, desinat, plerunque corripitur, ὁ καὶ ἡ μεγάθυμος, magnanimus. ὁ καὶ ἡ λυσιμελής, soluens curas, vel membra. ὁ καὶ ἡ καλὴ πάρος, pulchras genas habens. ὁ καὶ ἡ ὑδυεπής, suavis in dicendo. ὁ πολύδωρος, Polydorus. ὁ πολύδαμας, Polydamas. Homer. Iliad. i.

Πῶς γὰρ τοὶ δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί.

*Quomodo enim tibi munus dabunt magnanimi Achai.*

CAPUT IX.

DE ALPHA INCREMENTO  
NOMINVM, PRÆCIPVE QVIN-  
tæ declinationis.

Quid sit incrementum nominum & verborum notum est ex Prosodia Latina. Hoc igitur omisso, nonnullas hic præscribemus præceptiones de incrementis declinationum, quibus quantæ sint hæ vocales, α, ι, υ, cognosci queat.

I. A incrementum Doricum genitiui singularis simplicium, & genitiui pluralis eiusdem, & secundæ simplicium, longum est. Αἰνεῖαο, αἰνεῖάων, μέσάων.

Hesiod. in Erg. πλεῖάδων ἀτλαχρῆων ὀπιτελλομέσάων.

ἀρχεθ' ἀμητοδ, ἀρόποιο ἢ δυασομέσάων.

*Pleiadibus orientibus incipe metere,*

*Arare vero occumbentibus.*

ANNO-



Aliud incrementum non est in primis quatuor declinationibus simplicibus. Nam λόγος, λόγιο, λόγισι, & similia, primo statim aspectu suam quantitatem demonstrant.

II. Αλφα incrementum quintæ declinationis à nominibus neutris in α, ας, αρ, breue est. τὸ σῶμα, σώματς, corpus. τὸ σῆμα, σήματς, signum. τὸ κέρας, κέρατς, cornu. κρέας, κρέατς, caro. τὸ ἥπαρ, ἥπατς, par, ἥπατς. τὸ νέκταρ, νέκταρς, νέκταρς. τὸ Φρέαρ, Φρέατς, puteus, Φρέατς.

## A N N O T A T I O.

Videntur tamen neutra in ας aliquando incrementum habere longum, ut ex hoc Anacreontis versiculo liquet.

Φύσις κέρατα ταύροις.

ὁ πῶλος δ' ἔδωκεν ἵπποις.

*Natura dedit cornua tauris & calces equis.*

*Corripiuntur autem etiam illa κέρατς, κέρατς. Homer. Odyss. τ.*

Οἱ δ' Ἀλφ' ἑστῶν κερῶν ἔλθωσι θύραζε.

*Quæ vero perpolita cornua eunt foras.*

*Interdum interponitur α longum ante alterum α, κέραατς κερῶατς, Calaber. lib. I.*

γνάμωτε βίη κρατεροῖο κερῶατς. οἱ δ' εἰ αἰ ἄμφο.

*Inflexa est vis fortis cornu.*

III. Αλφα incrementum quintæ declinationis à nominibus fœmininis & masculinis in ας, breue est. ἡ παλλὰς, παλλάδς, Pallas. ἡ λαμπὰς, λαμπάδς, lampas. ἡ μὶνας, μονάδς, vnitas. ὁ μέλας, μέλας, niger. ὁ τάλαις, τάλανς, miser.

Homer. Iliad. 6. καλλὼ, χρυσεῖω, μέλανες δ' οἱ βότρυες ἦσαν.

*Pulchram*



*Pulchram, auream, cui nigri botri erant.*

## A N N O T A T I O.

Excipe ἡ κραῖς τ' κρατὸς, caput. Iliad. 1.

κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο μέγαν ἐλέλιξεν Ὀλύμπου.

*Immortali capite magnum Olympum concussit.*

Dubitat de hoc vocabulo Eustathius Odysf. 12. num sit masculini aut foeminini generis. Sed tamen Calaber. lib. 11. cum muliebri appposito coniunxit.

δινῆσας πρὸς κρατὶ βοῇ καλὰ νερὸ βόεια,

ὁ λαῶας, ὁ λαῶας, crafī λαῶας, etiam breue habet α incrementum.

Orpheus in Argonaut. λαῶας δ' οὐτύκτοις δωμήσατο οἶκον ἀνάσσει.

*Lapidibus politis & edificauit Regina domum.*

IV. Ἄλφα incrementum masculinorum & foemininorum in αρ & λς breue est, ὁ μάκαρ, beatus, ἡ δάμαρ, δάμαρ, νχορ. ἡ ὄαρ, coniunx vel colloquium. ἡ ἄλς, mare. ὁ ἄλς, sal.

Homer. Iliad. 1. εἰς ἄλα δῖαν, in sacrum mare.

Theocr. Idyll. 27. Φῆς μοι πάντα δόμῳ τάχα δ' ὕστερον ἔδ' ἄλα δλοίης.

*Ais te mihi omnia daturum, forte postea ne salem deris.*

## A N N O T A T I O.

Hinc excipiendum videtur ψὰρ ψαρὸς, sturnus, producit enim apud Homer. Iliad. 17.

Τῶν δ' ὥς ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἢ ἐκ τοῖων.

*Vt sturnorum nubes seu turma, vel graculorum aduenit.*

Item; ὁ καρὸς καρὸς, ex Caria, Hom. Iliad. 2.

Νάσσης αὖ καρῶν ἠγήσατο βαρβαροφώνων.

*Nastes Carum barbara lingua dux fuit.*

Theocritus tamen Idyll. 17. corripuit hoc incrementum,



Σημαίνει λυκίοις τε φιλοπτολέμοις τε κάρεσσιν.

*Lyciis imperat & bellicosus Caribus.*

V. Genitiuus αὐ & à recto αὐ longus est, quod plerumque ex accentu liquet, ὁ πτᾶν, πτᾶν &, Titan. ὁ ἄλκμᾶν, ἄλκμᾶν &, Alcman. ὁ παμᾶν, παμᾶν &, Paan. ὁ πᾶν, πᾶν &, Pan, pecoris custos.

## A N N O T A T I O.

Excipiuntur duo neutra, μέλαν, μέλαν &, nigrum. πῆλαν, πῆλαν &, miserum.

VI. Genitiuus in α & à nominibus ναῦς, ναυῖς. γῆρας, ανῦς, vetula, brevis est, sicut & illud incrementum, nominum syncopen patientium, ὁ πατήρ πατράσι, ἀνδράσι, μητράσι, θυγατράσι. Dativus πᾶσι longum incrementum habet, ut patet ex accentu, sic ἅπασι, σύμπασι, longa sunt.

Alcæus, τὸ μὲν γὰρ ἐνθεν κύμα κυλίνδεται,  
τὸ δ' ἐνθεν, ἄμμες δ' ἐν τῷ μέσῳ ναί  
φορήμεθα σὺν μελαίῳ.

*Alius enim fluctus hinc voluitur, alius inde, nos autem in medio cum naue agitamur atra.*

## A N N O T A T I O.

Apud Theocritum Idyll. 17. legitur ναὸς prima longa  
ἐδὲ τις ἀγλαὸν δὲ θοὰς ἐξάλατο ναός.

*Neque quisquam in littus veloci exiliit naui.*

Cæterum hic genitiuus Doricus est pro νηὸς, à Recto ἡ νηὸς. Utuntur autem Poetæ plerumque his obliquis, νηὸς, νηῖς, νῆες, vel νεὸς, sic γῆρας, γῆρὸς.

VII. A incrementum à nominibus in ψ corripiuntur. ὁ ἄραψ, ἄραψ &, Arabs. ἡ λαίλαψ, λαίλαπ &, turbo. Hom. Iliad. II.

αὐτὰρ



αὐτὰρ ἐγὼν ἐνόρῃσα κελαινῇ λαίλαπι ἴσθ'.  
Ego irruī nigro turbini similis.

ANNOTATIO.

Φάψ φαβός, avis quoddam genus, nonnulli palumbem interpretantur, videtur incremento longo constare.

VIII. A incrementum à nominibus in ξ, aliquando breue est, aliquando longum, ὁ κόρεξ, coruus, κόρεκθ'. ὁ κόλαξ, adulator, κόλακθ'. ὁ καὶ ἡ φύλαξ, custos, φύλακθ'. ὁ πίναξ, tabula. ὁ ἄβαξ, abax, abacus. ἡ πλάξ, πλακός, tabula. ὁ ἄνδρεξ, carbo. ὁ ἄρπαξ, harpago, raptor. ὁ στυρεξ, styrax. ἡ κλίμαξ, clymax. ὁ μύσαξ, mystax. ἡ μάσαξ, mandibula. ὁ, ἡ πίδαξ, fons, scaturigo. ἡ αὐλαξ, sulcus. ἡ λάρναξ, urna. omnia hæc α breue habent.

At ὁ φαίαξ, Phæax. ὁ θώρεξ, thorax, ὁ ἱέρεξ, hierax. ἡ ῥάξ, ῥαγός, acinus, & similia α habent longum.

Lib. I. Epigr. ῥῶν ἢ λάμβδαν μόνον κόρεκας κόλακας διις α̃.

Solum R & L secernit coraces, id est, coruos & colaces, id est, adulatores.

Theoc. Idyll. 10. ὃς ἵν' ἀρχόμεθ' αὐλακὰς οὐκ ἀποτρύχας.

Qui nunc incipiens sulcum non demetis.

Hom. Iliad. 6. γράψας ἐν πίνακι πικτῶ θυμοφθόρε πολλὰ.

Scribens in conuoluta tabella multa tristia.

Πίδακθ' ἐξ ἱερῆς. Callimach. Et passim apud Homer. πολυπίδακθ' ἰδης. Idæ multorum fontium.

homer. Odyss. 4. ἀλλ' ὁδυσεὺς ὅππ' ἰμάσκα χαρσὶ πίεζε.



*Sed Vlysses os seu mentum manibus compressit.*

Tryphiod. μύσακας δ' ἀρρήκτοισιν ἀλυκτοπέδῃσι  
μεμαρπώς :

εἶχεν ὀπικρατέως.

*Labrum seu mentum firmis vinculis comprehensum  
tenebat fortiter.*

Odyss. ψ. αἰκλὰ με κείνῳ ἐλὼν ὀπὶ μάσακας χερ-  
σίν.

ὅς κ' ἔα εἰπέμεναι.

*Sed ille me mento apprehensum non sinit loqui.*

### ANNOTATIO.

Vulgo producitur mystax mystacis, cum tamen Poetae  
Græci corripiant, ut ex allatis exemplis constat.

Quæ nomina in αζ, incrementum habeant breue, quæ  
longum, varia præcepta traduntur. Primum enim sunt qui  
dicant, omnia nomina plurium quam duarum syllabarum  
habere α longum: maxime si penultima sit brevis. ὁ ἱέραξ,  
ἱέρακ, accipiter. ὁ οἰκοφύλαξ, οἰκοφύλακ, custos domus.  
Ita præter cæteros Lascaris in sua Grammatica.

Cæterum nisi præceptum hoc intelligatur de simplici-  
bus vocabulis, non erit verum. Nam ὁ νυκτιγέρας, ὁ ἀρκτο-  
φύλαξ, & ipsum Lascaris exemplum, ὁ οἰκοφύλαξ, α brevis  
habent, & multo magis ὁ κῆ ἡ ἐριβόλαξ, ferax, ὁ κῆ ἡ πολυ-  
πίδαξ, fontibus abundans; Et tamen omnia ista pluribus,  
quam duabus syllabis constant: sequuntur autem hæc & si-  
milis composita naturam & quantitatem simplicium. Nec  
refert quod apud Manilium libr. i. legimus.

*Permeat Arctophylaca petens per terga draconis.*

Nam metri necessitate produxit breuem.

Secundo dicunt in dissyllabis tunc α incrementum  
esse longum, cum prior vocalis natura longa est. ὁ φαίλαξ,  
φαίλακ, Phæax, ὁ θώραξ, θώρακ, thorax. ὁ πολέτας, val-  
de dives, ὁ οἶαξ, temo, navis gubernaculum. Hæc eodem loco  
idem



idem Lascaris. Sed tamen præceptum hoc certum non est. Nam & ἡ αὐλαξ, *sulcus*, primam natura longam habet, & similiter ὁ vel ἡ πίδαξ, *fons*, & ἡ βώλαξ, *gleba*, & ὁ δρώπαξ, *dropax*, *medicamenti species*, & tamen in obliquis corripuntur. Priorum attulimus iam exempla. βώλαξ corripitur apud Theocritum. Idyll. 17.

Νεῖλ' ἀναβλύζων διεργὰν ὅτε βώλακα θρύπτει.

*Nilus cum exundans humidam glebam comminuit.*

Alterius incrementum breue est apud Ausonium Epigram. 123. Hinc ruit etiam illa generalis præceptio cum dicunt, si penultima positione duntaxat longa sit, tunc α incrementum esse breue, ὁ ἄρπαξ, *rarpax*. ὁ κέκραξ, *vociferator*. Excipiunt ὁ κόρδαξ, *cordax*, *genus saltationis comica*.

Sed ut hoc maxime verum sit, non tamen omnem mihi scrupulum eximet hæc regula. Nam si occurrat ὁ μύσαξ, vel ἡ μύσαξ, verbi gratia, vel ἡ λάρναξ, *urna*, nunquam me docebit utrum prima syllaba sola positione, an vero positione simul & natura sit longa. Nam qui hoc negant fieri posse, velim dicant, quantum sit α in his vocabulis. ὁ θώραξ, & ἱέραξ, & μάλλον, *magis*. Annon est longum natura & positione.

Tertio sunt qui dicunt, si α nominatiui breue sit, tunc etiam breue futurum in incremento. Sed neque hoc præceptum reddit me certum de quantitate. Nam licet interdum ex accentu circumflexo cognoscere possimus α ultimæ syllabæ esse breue, ut ἡ αὐλαξ, ἡ ἔραξ, sæpe tamen hoc præsidio destituemur, tum quia non omnes accentum circumflexum notant in syllaba longa antecedente alteram sola positione longam, tum quia saltem in aliis vocabulis, ubi prima syllaba positione duntaxat longa est, nesciemus quantum sit posterius alpha, ἡ λάρναξ, ὁ ἄρπαξ, tum quia fieri potest, ut anceps in recto sit longa natura, in obliquis vero brevis, σὺς, συδς, *sus*. μὺς, μυδς, *mus*. πῦρ, πυρς, *ignis*.

Itaque nihil certo & constanter hic præscribi potest, quamuis partim ex Latina Prosodia, præsertim Emma-



nuelis, partim observatione & notatione, partim etiam his qualibuscunq; præceptis satis multa de harum vocum in αζ quantitate cognoscere liceat.

Illud etiam obseruetur tanquam signum certum, tunc α, harum & similium dictionum esse longum, cum à Poëtis vertitur in η. Nullum enim α breue à nominibus in αζ mutant ipsi in η. Theoc. Idyll. 9.

ἰεηκες δ' ἰεηξι, pro ἰερακες ἰεραξι.

*Accipitres accipitribus chari sunt.*

Et sæpe apud Homerum occurrit θῶρηκες, pro θῶρακες.

## CAPVT X.

DE IOTA INCREMENTO  
QVINTÆ DECLINATIONIS.

## I.

**I**Ota incrementum nominum neutri generis, breue est, τὸ μέλι, μέλιτΘ, mel. τὸ σίνηπι, σινήπιΘ.

II. Fœmininorum quoque & masculinorum barytonorum in ιΘ & ιδΘ & ιτΘ, ἡ πόλις, πόλιΘ, ciuitas. ἡ ἑρμῆς, ἑρμῆδΘ. ἡ χάρις, gratia, χάριτΘ. ἡ θέρμῆς, ius, fas, θέρμιτΘ, vel θέρμιδΘ; item-que τίς, τίνΘ, tam interrogatiuum quam infinitum cum suis compositis ὄσις, ἡ πῆς, ὄ, π. ὄ ὄφῆς, serpens. ὄφιΘ. ὄ πάρις, Paris. ὄ καὶ ἡ νῆσις, νήσιδΘ, ieiunus.

III. Fœmininorum etiam oxytonorum in ιδΘ, ἡ πατρίς, πατρίδΘ, patria. φίλων εἰς πατρίδα γαῖαν,



Ἀμαρυλλίαν, passim apud Homerum, ἡ ἀμαρυλλίς, ἀμαρυλλίδος, Amaryllis. ἡ ἐκλιώϊς, ἐκλιώϊδος, mulier Graeca. ἡ αἰπίς, clypeus. αἰπίδος.

EXCEPTIONES.

Excipiuntur tamen primo fœminina & masculina dicatalecta, idest, quæ duâs habent in Recto terminationes, ὁ δελφίς, δελφίνος, delphinus. ἡ ἀκτίς, radius, ἀκτίνος, ἡ σαλαμίς, σαλαμίνος, Salamis, & similia, quæ etiam in iv desinunt, δελφίν, ἀκτίν.

Secundo excipiuntur monosyllaba siue sint duarum terminationum, siue vnius tantum, præter δίς, διός, Iuppiter, quod breue est. ὁ vel ἡ θιν θινός, littus. ἡ ῥιν, nasus. ἡ ἰν vel ἰς, fibra, seu vis. ἰνός, ἰνὶ ἰνώ. λῖς, λιτός, pannus lineus, subtilis. ὁ λῖς, seu λιν, λιός, leo. ὁ λῖς, κιός, vermiculus qui in ligno vel frumento nascitur. Theoc. Idyll. 2.

ἐκβάλλοντες δὲ ὑπὲρ θινὰ βαθύν καὶ ὑπὲρ ἰνόν ἀκτίν.

Exscindentes in littus & in oram ventis subiectam.

Idem Idyll. 1. αἰδέοι ὠδήσαντι κατ' αὐχένα πάντοθεν ἰνές.

Vndiq; tument illi in ceruice fibra seu vena.

*Sceptra quod gestas labefacta nunquam,*

*Imperatricis tua quo potestas*

*Cuncta gubernet.*

AN-



## ANNOTATIO.

Latini secundo loco carminis Sapphici ponunt spondeum, at Sappho inuentrix huius carminis non raro Trocheum, ut vides hic.

Ποικιλόθρον' ἀθάνατ' ἀφροδίτα  
 Παιδιὸς δολοπρόκε λίσσεται σε  
 Μὴ μ' ἀτασσημένη, ἀνίστασι δαίμονα

Πόντια θυμὸν.

Variegatas habens sedes & immortalis Venus, proles Iouis dolosa, rogo te ne me damnis neq; animum in aeternis, o veneranda, domes & conficias.

Quam aliquoties imitatus est Catullus, ut in carmine ad Furium & Aurelium.

*Sive in Hircanos Arabesq; molles  
 Seu Sacas sagittiferosq; Parthos.  
 Et, Pauca nunciate mea puella*

*Non bona dicta.*

*Et, Otium Catulle tibi molestum est.*

Diuidit autem Sappho nonnunquam vltima verba Sapphici carminis.

Πύκνα δινέοντες ἀπ' ὠρῶν αἰθέ-

ρε Διὰ μέσσω.

*Et, Ομμάτεσσιν δ' ἔδ' ἐν ὄρησι βομβοῦ-*

*σιν δ' ἀηγαί μιν.*

Idem facit Cat. ad Furium.

*Sive trans altas gradi tur Alpes  
 Caesaris visens monumenta magni  
 Gallicum Rhenum horribiles & vlti-  
 mosq; Britannos.*

Et Horat. lib. 1. Ode 2.

*Ilia dum se nimium querenti  
 Iaculat ultorem, vagus & sinistra  
 Labitur ripa Ioue non probante v-*

*xorius amnis.*

Idem facit alibi quoq; Horatius, ut Ode 25. lib. 1. & Ode 16. lib. 2. Quod tamen vitiosum esse docet Hephæstion, reprehenditq; hoc distichon Simonidis.

ἢ μέγ'



ἡ μὲν' ἀθ' ἑωαῖοις φάος ῥέει· δ' ὠϊκ' Ἀεῖο  
 γαίτων ἰσχυρὸν κτείνει καὶ Ἀρμόδιον.

*Clarum tum lumen affulsit Atheniensibus,  
 Quando Aristogiton & Harmodius occiderunt Hipparchum.*

Sed cum Sappho Horatius, Catullus, & alii praestantissimi Poetae à nobis sint, non est multum curandus Hephaestion. Eadem Sappho adhibet nonnunquam quarto loco spondeum eiectum ex sede sua trocheo.

Τὰς ἐμὰς αὐδὰς αἰοῖς ἄς ποικίλ' ἔκλσες

Vocem meam audias quam saepe audiebas.

## CARMEN.

Quale est illud Horatii lib. I. Ode 4.

*Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauoni.*

Theocrit. in Epigram.

Ἀρχίλοχον καὶ πᾶσι καὶ εἰσίδε' τ' πάλαι ποιητῶν,  
 Τὸν ῥ' ἰάμβων ἔτ' ὑμνίων κλέει.

Διήλθε καὶ πρὶ νύκτα καὶ πρὸς αὔω.

*Consiste & Archilochum aspice veterem Poëtam  
 Iambographum cuius celeberrima fama  
 Permanavit & ad occidentem, & ad orientem.*

CARMEN PHERECYRA-  
TIVM.

Constat tribus pedibus, spondeo, dactylo, spondeo, dignumq; est in quo Tirones sese exercent, donec maius opus moueant.

Laert. Pherecyd.

Τὸν κλεινὸν Φερεκύδην

ὃν τίκτε' ποτὲ Σύρος

Ἐς φθιέρας λόγῳ ἐστίν.

*Insignis Pherecydes*

Syrus



*Syrus quem parit olim  
Turpes in pedicillos, &c.*

## A N N O T A T I O.

Monendi sunt adolescentes, Græcos Poetas æque ac Latinos variis modis genera carminum coniungere. Non enim pentametrum duntaxat subiiciunt hexametro, ut fit in elegiis, sed & Iambica dimetra, vel trimetra, vel Anacreontica, vel Pherecratia, vel Glyconica, & ipsis Iambicis senariis modo dimetrum Iambicum, modo Anacreonticum copulant; ita ut vix vilam diuersorum carminum apud Latinos, Horatium & Boetium, & apud recentiores nonnullos coniunctionem reperiatis, quam non itidem Græca Musa imitari, & quidem eleganter possit, & ut unico exemplo rem declaremus, ecce tibi *συνδυασμὸν*, Horat. lib. i. Epod. Od. ii.

*Pecti, nihil me sicut antea iuuat*

*Scribere versiculos amore perculsum graui. quomodo Lactius expresserit Epigram. in Stilponem.*

Τὸν μεγαρέα τ' εἰλπινα γινώσκεις δ' ἴσως  
Γῆρας ἐπὶ τὰ νόσθ' ἔκειλε δ' ὕσμαχον ζυγὸν.  
Ἀλλ' οἶνον δόξα τ' κεκῆς στωριδ' ἔχει  
Φέρτερον λυγρὸν. πῶν γὰρ ἤλασε.

Megarensen Stilponem nosti fortassis, quem cum cœpit senectutis triste iugum, vinum inuenit malæ bigæ melioris aurigam, bibens enim exhalauit.

## CAPVT XXXI.

## DE SPECIEBUS METAPLASMI.

**P**Edibus metimur versus, quibus metiendis non parum prodest syllabæ communis, necessitatis metricæ, licentiæ Poeticæ, figurarumq; seu specierum metaplasmi cognitio: de prioribus iam supra diximus, quamuis hic cum de metaplasminis agemus, licentiæ Poeticæ iterum facienda sit mentio



mentio; cum metaplasmi magna sint huius licentiæ pars. Adferemus autem illas tantum metaplasmi species quas habet in sua Prosodia noster Emmanuel, quippe magis tritas & obuias. Quid autem sit metaplasmus præterimus tanquam aliunde notum.

EPISYNALOEPE.

Est syllaba vna ex duabus facta, quod fit, cum duæ vocales in vnam contrahuntur. ε & ω. Iliad. 2.

Τιμήσης, ὀλέσης ἢ πολέας ὅπινυσι νηυσὶν Ἀχαιῶν.

Cum multos Græcorum in nauibus perdideris. ε & ω. Iliad. 1.

Μίῳιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆϊ.

Iram cane Dea Achillis Pelidæ.

Quæ contractio valde frequens est in genituo plurali Ionico secundæ simplicium, μασέων, πυλέων, πμέων, &c.

Sic Iliad. 1. Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, cum aureo sceptro.

Eadem est ratio aliarum breuium cum altera longa vel ancipiti vel diphthongo, vt Theognis.

Θεοὶ ἢ καὶ σφέτερον πάντα τελεσσινόον.

Dii vero secundum suam voluntatem omnia faciunt.

Iliad. 10.

Εὼς ὃ πάύτ' ὤρμαινε καὶ φρένα καὶ θυμόν,

Dum hac animo & mente volutaret.

Contrahuntur etiam duæ longæ η & ξ Iliad.

5.

ἢ οὐχ ἅλῃς ὅττι γυναικας ἀνσέλκιδας ἠπερο-  
πέυεις.

AN



*An non tibi satis est, quod mulieres imbelles fallis.*

Et Iliad. 9.

Ἡλάθ' ἢ ὅκ' ἐνόησεν ἀάσασθαι μέγα θυμῷ.

*Siue oblitus est, siue non aduertit, nocuit vero multum animo.*

Vbi ait Eustachius esse συνίησιν duarum longarum in vnam longam.

## SYNERESIS ET

### CRASIS.

Differunt proprie loquendo. Nam synæresis est, cum vtrâque vocalis in contractione retinetur, *τείχει, τείχει*. Manent enim *ε & ι* post contractionem, quamuis in vnam syllabam conuerint. Crasis est cum vel vna vel vtrâque vocalis non retinetur facta contractione: *τείχεθ, τείχης; βόαι, βόω*, in neutro exemplo manet *ε* sic *ὦνθρωπθ* pro *ὁ ἄνθρωπθ*, neque *υ* neque *ω* manet: Hoc tamen discrimen non obseruatur adeo religiose, ut duo hæc nomina non usurpare liceat pro contractione qualiscunque tandem illa sit.

Fit autem synæresis variis modis, ut ex multis locis libri primi manifestum est, maxime ex declinationibus contractis & coniugationibus circumflexis, & quamuis Poëtæ in huiusmodi crasibus valde sint liberi, non reperies tamen liberiores Doribus, quibus peculiare quædam contractiones familiarissimæ sunt, contractiones inquam non vnius & eiusdem tamen vocabuli in pauciores syllabas, sed duarum dictionum in vnam, ut passim apud  
Theo-



Theocritum; κῶχετο, pro καὶ οἶχετο. κῆμέ pro καὶ ἐμέ. κῆν pro καὶ δ. ὦνθρωπε pro ὦ ἄνθρωπε. κῶμος pro καὶ ἐμός. κῆν pro καὶ ἐν. χῆ pro καὶ ἡ. τὰλαθέα pro τὰ ἀλαθέα. ἄπερ pro ὁ ἔπερ. καῖξ pro καὶ ἐξ. τῶςέα pro τὰ ὀςέα; ossa.

Differt synæresis ab Episynalæphe, quia in hac utraq; vocalis scribitur & exprimitur, & tantum in carminis dimensione loco unius syllabæ habetur, sicut etiam in Latinis illis, *Aluearia*, *Arietibus*, &c. At in crasi coniunguntur in unam syllabam duæ vocales, & coniunctim etiam scribuntur.

APOSTROPHVS.

De Apostropho satis multa diximus lib. I. c. I. quibus addimus sequentia.

I. Poëtæ plane arbitrato suo utuntur Apostropho, prout carminis ratio exigit, neq; ullam breuem vocalem elidunt, si illa ad explendum versum indigeant. *Ilíad. 3.*

Ω γύναι ἡ μάλα ἔτο ἔπ' ὅ νημερτὲς εἶπες.

*O mulier, maxime hoc verbum dixisti verum.*

*Od. I.* τέκνον ἐμὸν ποῖόν σε ἔω' φύλῳ ἔρκα' ὀδόντων;

*Filia mea, quale tibi verbum excidit?*

*Ibid.* Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἶπε καὶ ἀτρεκέως κατὰλεψον.

*Sed age dic mihi hoc & vere enumera.*

II. Non tantum ante vocales & diphthongos, sed etiam ante consonantes sæpe abiiciunt Poëtæ per apostrophum vocales. *Theocrit. Idyl. 15.*

Παρ' μὲν οἱ ὦρεαι κεῖται ὅσα δρυὸς ἄκρα φέροντι.

Η

παρ'



παρ δ' ἀπαλοὶ καὶ ποί. pro ὠρεῖ.

Ad sunt ei fructus quotquot intempestivè ferunt arbo-  
res, adsunt & molles hortuli. sic ἀρ pro ἀρεῖ, κατ'  
pro κατῇ. De hac re diximus etiam in Gramma-  
tica, cùm de incremento imperfecti agere-  
mus.

III. Aliquando eliditur prima vocalis sequen-  
tis dictionis, ὦ γὰρ δέ, ὦ bone, Theocrit. Idyll. α. ἡ  
ρετὴ, virtus, pro ἡ ἀρετὴ, apud Eurip. Et apud eun-  
dem in Phœnissis, μὴ πλαμβάνε, pro μὴ ὀπι-  
λαμβάνε. ὦ νᾶξ, pro ὦ ἄναξ, Rex. Et apud Aristo-  
ph. in Equit.

ὄκ' αἰξὶ ὦ γὰρ μαυτὸν ἰχθύσιν μέγα.

*Non me dignum puto qui potens sim.*

#### ANNOTATIO.

Diximus in Grammatica hæc potius referenda videri ad  
aphæresin, quia tamen signo Apostrophæ notari solent,  
& ab aliis ad apostrophum referuntur, nos etiam eò re-  
feramus.

IV. In huiusmodi apostropho sæpè longa sit  
syllaba, quæ alioquin sine apostropho brevis  
esset, ὦ ριφῶ pro ὦ εριφῶ, hædus. Idyll. 5. & I-  
dyll. 1.

Τῷον χ' ὦ κ δρυμοῖο λέων ἀνέκλαυσε θανόντα, pro  
τῷον καὶ ὁ κ δρυμοῖο.

*Illum & in sylva leo defleuit mortuum.*

Ibid. ὦ πόλοι λῶθον, pro ἡ αἰπόλοι λῶθον, venerunt  
caprarii.

V. Aliquando producitur sequens vocabu-  
lum propter præcedentem apostrophum. The-  
oc. ibid.

Τὰν



Τὸν δὲ ἄρα χ' ὦ Δάφνις ποταμείψατο.

Huic autem & Daphnis respondit.

Pro καὶ Δάφνις. sic ibidem.

Ωραὶ & χ' ὦ δωνις, pro καὶ ὦ Ἀδωνις, formosus Adonis.

χ' ὦνῆρ ὅξ & ἄγαν. Idyll. 15. vir est iracundus & totus acetum.

VI. Abiiciuntur autem ex sequenti dictione vocales, licet positione longæ: ὦνδρωπ & ὦνδρωπε, pro ἄνδρωπ & ὦ ἄνδρωπε, aliquoties apud Theocritum, cuius ut & aliorum Poëtarum apostrophos diligenter observabit studiosus adolescens. V sui enim magno erunt pangenti carmina.

VII. Apostrophus non tantum in eodem carmine, sed etiam in diuersis locum habet, sicut apud Latinos synalæphe, quam ad rem multi adferunt versus illos Homéricos. Iliad. 9.

Τρῶας ἀπώσασθαι καὶ ἐρυκέμεν Ἀρύοπα Ζεῦ,  
Αὐτοδὲ ἐνδ' ἀκάχοιτο.

Troianos repellere, & coërcere latioculum Iouem,  
Illinc tunc tristaretur.

Et Iliad. ξ.

Ἡ Φῆς ὡς τρώεσιν ἀρηγέμεν Ἀρύοπα Ζεῦ

Ὡς ἡ Ἑκλῆ & πεινώσατο,

An putas ita Troianis auxiliari latè videntem Iouem,  
sicut iratus est propter Herculem?

Et Iliad. ω.

Παῖδες καὶ γαμβροὶ, τῶν δὲ ἐλάθον Ἀρύοπα Ζεῦ

Ες πεδίουν περ φάνεν τε.

Ἡ 2

Filii



Filii & generi (domum redierunt,) illi vero non latuerunt Iouem late videntem, in campo conspicui.

In his tribus locis eliditur alpha ex accusativo ζῶα, propter vocalem sequentis versus.

### ECTHLIPSIS.

Ecthlipsis apud Latinos est, cum  $\mu$  littera simul cum vocali eliditur propter sequentem vocalem: hac Græci carent, nisi forte ecthlipsin nominare velimus elisionem litteræ  $\sigma$  in versu quodam Arati, & quarundam aliarum liquidarum, de quibus capite 3. diximus. Sed huiusmodi elisiones Græcis perquam raræ sunt paucique usus.

Quidam Ecthlipsin vocant, cum è medio dictionis litera aufertur, quæ syllabam non constituit, ut σκῆπλον pro σκῆπιον.

### DIÆRESIS SIVE DIALYSIS.

Est cum syllaba vna in duas diuiditur, quales syllabarum solutiones in omni dictionum genere Græcis sunt vsitatissimæ, ut ἦγον ab ἄγω, ἔαγον, ἔαγλω; ἦχα, ἔαχα, ἔαγως. ἦλων, ἔάλων. πᾶς, πᾶις, ἔζων, ἔζων, & similia infinita, tam in nominibus, quam in verbis, aliisque nonnullis orationis partibus. Neque opus est in re clara & passim obuia.

### SYSTOLE.

Est cum syllaba natura longa, aut etiam positione, altera consonante extrita, corripitur. De syllaba natura longa attulimus quædam



dam exempla, cap. 4. Nunc vnum ex Iliad. 2. suffecerit.

ἰομῆν, ὃ φρεσκε θᾶστον ἐγείρομην ὅξυν ἄρηα pro ἰω-  
γῆν.

*Eamus vt propius excitemus acrem Martem.*

De longa positione exemplum hoc esto.

ἔρεζον, ἔρεξα, κατέριξα, pro ἔρρεζον, ἔρρεξα, κατέρ-  
ρεξα. Iliad. 21.

Τίς νύ σε ποιάδ' ἔρεξε φίλον, τέκνον ἔρσενιώων;

*Quis tibi chara proles cœlitum talia fecit?*

Odyss. 23. κακῶ σδ' οἵ περ μιν ἔρεζον μνηστῆρες,

*Mali fecerunt illi proci. Et Iliad. 1.*

Μιῶν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆϊ, pro Α-  
χιλλῆϊ,

*Eane Dea iram Achillis.*

Ταχέα, ἀδέα, pro ταχεῖα, ἀδεῖα, apud Theocr.  
& alios.

## ECTASIS SIVE DIASTOLE.

Est cum syllaba natura brevis producitur,  
cuiusmodi aliquot exempla commemorauimus  
cap. 29. Iliad. 24.

ἐνδορε μείλανι πόντῳ, pro μέλανι.

*Insiluit in nigrum mare. Iliad. 12.*

Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἶδον αἰόλον ὄφιν.

*Troiani obriguerunt, vt viderunt serpentem variega-  
tum.*

Et hos versus breuem in fine habentes vocant  
quidam λυέρεις, sicut & illos ἀκεφάλεις, qui initio  
breui constant, qualis est ille, Iliad. 23.

Ἐπεὶ δὲ νῆώς τε καὶ ἐκλήσποντον ἵκοντο.

H 3

Post



Postquam ad naues & Hellespontum venerunt.

Aut cum eadem consonans geminatur, ἐτέ-  
λεασα, ἐγέλασα, ἐφρασα, φρασαμή & in aliis  
multis, de quibus sæpè in hoc toto opere memi-  
nimus.

PROTHESIS.

Est litera vel syllaba principio dictionis ad-  
dita; λελαθών, pro λαθών, λέλαθον, λελαθόμην, pro  
ἐλαθον, ἐλαθόμην, ἀ λανθάνω, lateo. πεταγών, pro τα-  
γών, ἀ τάξω, apprehendo, accipio. σμικρὸς, parvus, μι-  
κρὸς ὦλα, perii, ὄλωλα, ὦπα, vidi, ὄπωπα, & sic in a-  
liis quàm plurimis, de quibus passim in Gram-  
matica.

EPENTHESIS.

Est cum medio dictionis litera aut syllaba in-  
tericiitur, κενὸς, vacuus. νῆσ & , morbus. pro ὀ κενὸς,  
ἡ νόσ & . ἐλαβε, pro ἐλαβε. ὅπως ὅτε & , pro ὅπως ὅτε  
& , vter. ἀντιῶν, occurrens. ἀντιῶπα, ἀντιῶν, ἀντιῶ-  
πα, μυσάων, pro μυσῶν, & ita in aliis.

PARAGOGÉ.

Est cum extremæ syllabæ aliquid adiungitur,  
ἐφηθα, εἶπηθα, pro ἐφης, εἶπης, dicebas, dixeris.  
sic ἦθα, pro ἦς, eras. τύπτεσκε, pro ἐτύπτε; verbera-  
bat, spectant etiam illa ad paragogen βίηφι, πα-  
λάμηφι, στρατόφι, & similia, de quibus in Gram-  
matica.

APHÆRESIS.

Est cum litera vel syllaba principio dictionis  
subtrahitur, ὀρετὴ pro ἐορετὴ, festum, feria. αἶα pro  
γαῖα, terra. κείν & pro ὀ κείν & , ille. λάβον pro ἐλάβον,  
accepi.

SYN-



ΜΕΤΑΠΛΑΣΜΙ.  
SYNCOPE.

119

Syncope literam vel syllabam è medio dictio-  
nis subtrahit. ἄρ' ἔμυλ'ω, pro ἄρ' ἔμυλάμυλ'ω, inueni. ἐ-  
γ' ὄνατο, ἐγ' ὄνήσατο, natus est, genuit. κέρετος, κέρετ'ω,  
κέρεως, cornu, & id genus alia ubiq; obuia.

APOCOPE.

Apocope fini dictionis aliquid detrahit, δῖω,  
pro δῖωμα, domus. ποσσ' δῶ, pro ποσσ' δῶνα, Neptunum,  
ἰδρῶ, pro ἰδρῶπι, sudori, αἶα seu αἶαν, pro Αἶαντ'ω,  
Ajax.

Differt Apocope ab Apostropho, quod in  
illa vocales, & consonantes, & integræ syllabæ,  
& in hac tantum vocales, & diphthongi, & qui-  
dem non omnes tollantur; præterea apostro-  
phus certo quodam notatur signo, apocope ne-  
quaquam.

ANTITHESIS.

Antithesis (nonnulla ἀντίστιχον vocant) est  
literæ commutatio, πόρσω pro πόρρῳ, procul. θά-  
λαττα, mare, pro θάλασσα. & id genus non  
pauca.

METATHESIS.

Est literarum ordo immutatus, ἔρξω, faciam,  
pro ῥέξω. ἐπερθεον, pro ἐπαρθεον, ἀπέρθω, vasto,  
ἐδερχον, ἀδέρκω, video. καρπερὸς, pro  
κερπερὸς, fortis. κάρτ'ω,  
pro κέρτ'ω, ro-  
bur.

H 4

CA-



## CAPUT XXXII.

## DE PATRONYMICIS.

**P**atronymica fere Poëtarum propria sunt, de quibus, cum in Grammatica nihil dixerimus, hic ubi prima Poëseos Græcæ rudimenta tradimus, aliquid dicendum videtur.

Patronymica aut masculina sunt, aut fœminina.

Masculina desinunt in δης vel ων, πριαμίδης, Priamides. Αἰακίδης, Aëacides. πηλείων, Pelion.

Fœminina exeant in ας, ις & νη. ἱλιάς, ἄτλαντιάς, κλυδασίς, ἀδραστίνη, ἀκροισιώνη, ἰκαερίωνη.

Masculina in δης, formantur partim à genitivo, si primitiva sint tertiæ simplicium, πρίαμϑ, πρίαμϑς, πριαμίδης, Αἰακός, αἰάκϑ, αἰακίδης. partim vero à dativo, si primitivum sit quintæ declinationis. Νέσωρ, Νέσωρ, Νεσορίδης. Ἀμφιτεύων, ἀμφιτεύωνϑ, ἀμφιτεύωνι, ἀμφιτευνονίδης. & epenthesi, Ἀμφιτευνονιάδης, quæ epenthesis etiam in aliis usitata est, ut τελαμωνιάδης, λαομετονπιάδης. πηλεός, τελεῖ, πηλεΐ, ης, & crasi πηλεΐδης. Et Ionica dialysi, πηληΐδης, & interposito ω, πηληϊάδης. Partim formantur à Recto nominum simplicium, ὁ αἰναΐας, ὁ αἰνεΐδης, ablato ω, Ionica dialysi, αἰνηΐδης, ὁ λαέρτης, λαερπιάδης, interposito α, ὁ ἰπώότης, ἰπώοτάδης, ης mutato in ωδης.

Illæ in ων, ut πηλείων, κρονίων, sunt Ionica, & formari possunt ab illis in εΐδης, Ατρεΐδης, Ατρείων, vel absolute ex suis primogeniis, ut ex κρόνϑ, κρο-



κρονίων, ιαπετός, ιαπετίων.

Sicut autem apud Latinos Iapetionides longius à norma recessit, sic & apud Græcos.

## ANNOTATIO.

Aliqui addunt patronymica in ιος, ut τελαμώνιος, Αἴας, sed ipsa forma & appositio ad substantivum satis indicant, talia esse adiectiva, non patronymica.

Fœminina in ις & ας, sunt à masculinis in ιδης, extrita syllaba δη, πριαμίδης, πριαμὶς. τωδαρίδης, τωδαρίς. Ατλαντιάδης, Ατλαντιάς, ἰλιάδης, ἰλιας.

Illa vero Αἰνής, Αχχής, à masculinis Ionicis in ηίδης, ablata syllaba δη, Αχχηίδης, Αἰνηίδης, pro Αχχείδης, Αἰνείδης.

Fœminina in ινη deducuntur à genitivo, ἀδρας, ἀδράσου, ἀδρασίνη, sic ἀκρίσι, ἀκρίσις, ἀκρίσινη.

Sunt autem multa alia fœminina, quæ formam quidem patronymicorum habent, re autem vera gentilia sunt, aut pro possessivis adiectivisq; nominibus ponuntur, de quibus omnibus Emmanuel, quem etiam adibis, si plura de patronymicis cupis. Nam regulæ Latinorum de his nominibus fere sunt communes Græcis.

## CAPVT XXXIII.

DE NOTIS ARITHMETICIS  
GRÆCORVM.

**L**oco notarum Arithmeticarum vtuntur Græci literis tripliciter. Primo singulis Alphabeti literis secundum ordinem sui loci numerum significantibus,

H 5 bus,



bus, quo pacto  $\alpha$  numerum primum,  $\beta$ , secundum,  $\gamma$ , tertium, &  $\omega$  vigesimum quartum significat. Hac numerandi ratione distincti sunt viginti quatuor libri Iliadis, & totidem Odissæ Homericæ. Hinc Iliad.  $\kappa$ . decimum; Iliad.  $\lambda$ . vigesimum tertium Homeri librum denotat. Et hunc numerandi modum adhibuerunt alij quoque Græcorum in distributione suorum librorum.

Secundo videntur Græci toto Alphabeto in tres classes diuiso, quarum prima est unitatum ab  $\alpha$  vsque ad iota, exclusiue, hoc tamen characteres  $\varsigma$ , vel, vt alij volunt,  $\zeta$  posito inter  $\epsilon$  &  $\zeta$  pro numero senario. Altera classis est denariorum à  $\kappa$  &  $\pi$  vsque ad  $\rho$ , hoc tamen signo  $\zeta$  vel  $\varsigma$  inter  $\pi$  &  $\rho$  pro numero nonagenario collocato. Tertia classis est centenariorum à  $\rho$  vsque ad finem alphabeti, hac tamen nota  $\pi$ , vel vt alijs placet, hac  $\pi$ , pro numero nongentesimo addita. Et his tribus classibus continentur unitates, decuria, centuria, vsque ad chiliadas, quæ & ipsæ iisdem scribuntur numeris, nisi quod illæ non amplius notantur acuto accentu in dextri lateris superiore parte,  $\alpha'$ ,  $\beta'$ ,  $\gamma'$ ,  $\delta'$ ,  $\epsilon'$ ,  $\varsigma'$ ,  $\zeta'$ , 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, sed in inferiore sinistri hoc modo.  $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$ ,  $\delta$ ,  $\epsilon$ ,  $\varsigma$ ,  $\zeta$ ,  $\eta$ ,  $\theta$ ,  $\iota$ ,  $\kappa$ ,  $\lambda$ ,  $\mu$ ,  $\nu$ ,  $\xi$ ,  $\omicron$ ,  $\omega$ ,  $\zeta$ ,  $\rho$ ,  $\sigma$ ,  $\tau$ ,  $\upsilon$ ,  $\phi$ ,  $\chi$ ,  $\psi$ ,  $\omega$ ,  $\pi$ . 1000. 2000. 3000. 4000. 5000. 6000. 7000. 8000. 9000. 10000. 20000. 30000. 40000. 50000. 60000. 70000. 80000. 90000. 100000. 200000. 300000. 400000. 500000. 600000. 700000. 800000. 900000. Est autem obseruandum multos esse, qui  $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$ , & reliquas literas cum unitates, decurias, & centurias significant, nullo accen-



accentu notent, sed solas nudasq<sub>3</sub> ponant, cum autem chiliadum notæ sunt, iota singulis subscribant. Itaq<sub>3</sub> & secundum istos, millenarii numeri signum est, β bis millenarii, & ita deinceps, alii tamen acutum tonum eo, quo dictum est, modo, notis illis appingunt, quos satius est sequi. Et hæc de literis minusculis, quas Græci adhibent pro numeris.

Maiuscularum aliæ sunt simplices, aliæ duplices, seu alias in sese inclusas habentes. Simples sunt sex, Ι, Π, Δ, Η, Χ, Μ, quarum prima est nota unitatis. Secunda quinarium numerum significat. Tertia denarium. Quarta centenarium. Quinta millenarium. Sexta decies millenarium. Est autem vnaquæque eius numeri quem denotat, litera initialis Π, nimirum τῆς πεντήδ & : Δ τῆς δεκάδ &, Χ τῆς χιλιάδ &, Μ τῆς μυριάδ &, exceptis Ι & Η, quarum illa signum est μονάδ &, hæc ἑκατοντάδ &, omnes etiam præter Π vsq<sub>3</sub> ad quinarium numerum siue per se, siue aliis adiunctæ multiplicantur, vt, Ι, ΙΙ, ΙΙΙ, ΙΙΙΙ, Ι, 2, 3, 4. Δ, ΔΔ, ΔΔΔ, ΔΔΔΔ. ΙΟ, 20, 30, 40. Η, ΗΗ, ΗΗΗ, ΗΗΗΗ. ΙΟΟ, 200, 300, 400. Χ, ΧΧ, ΧΧΧ, ΧΧΧΧ. ΙΟΟΟ, 2000, 3000, 4000. Μ, ΜΜ, ΜΜΜ, ΜΜΜΜ. ΙΟΟΟΟ, 20000, 30000, 40000.

Duplex & quæ alias inclusas in se habet, est vnicæ litera Π, ea interdum in se habet Δ, interdum Χ, interdum Η, interdum etiam Μ, denotatq<sub>3</sub> numerum cuius litera inclusa nota est, quinquies auctum & multiplicatum, [Δ] significat quinquaginta, [Η] quingenta, [Χ] quinque millia, [Μ] quinque myriadas. Utuntur autem Latini quoque maiusculis literis



literis ad numeros designandos, his videlicet septem ,I, V, X, L, C, D, M, prima unitatem significat: secunda, numerum quinarium: tertia, denarium: quarta, quinquagenarium: quinta, centenarium: sexta, quingenarium: septima, millenarium: sed hæc omnia sequens tabula, numerorum seriem continens, numeris Latinis ex altera parte respondentibus, clarius fortassis ob oculos ponet.

I, α', ἓν.	I, I, vnum.
II, β', δύο.	II, 2, duo.
III, γ', τρία.	III, 3, tria.
IIII, δ', τέσσαρες.	IV, 4, quatuor.
V, ε', πέντε.	V, 5, quinque.
VI, ς', ἕξ.	VI, 6, sex.
VII, ζ', ἑπτά.	VII, 7, septem.
VIII, η', ὀκτώ.	VIII, 8, octo.
IIIII, θ', ἐννέα.	IX, 9, nouem.
Δ, ι', δέκα.	X, 10, decem.
ΔI, ια', ἑνδεκά.	XI, 11, vndecim.
ΔII, ιβ', δώδεκα.	XII, 12, duodecim.
ΔIII, ιγ', τριακαίδεκα.	XIII, 13, tredecim.
ΔIIII, ιδ', τεσσαρακαίδεκα.	XIV, 14, quatuordecim.
ΔV, ιε', πεντακαίδεκα.	XV, 15, quindecim.
ΔVI, ις', ἑκκαίδεκα.	XVI, 16, sedecim.
ΔVII, ιζ', ἑπτακαίδεκα.	XVII, 17, septendecim.
ΔVIII, ιη', ὀκτωκαίδεκα.	XVIII, 18, octodecim.
ΔIIIII, ιθ', ἐννεακαίδεκα.	XIX, 19, nouendecim.
ΔΔ, κ, εἴκοσι.	XX, 20, viginti.
ΔΔI, κα', εἴκοσι ἓν.	XXI, 21, viginti vnum.
ΔΔII, κβ', εἴκοσι δύο.	XXII, 22, viginti duo.
	ΔΔIII,



ΔΔΠΙ, κγ, εἰκοσιτρία.	XXIII, 23. <i>viginti tria.</i>
ΔΔΠΙΙ, κδ, εἰκοσιτέσσα- ρα.	XXIV, 24. <i>viginti qua- ræ.</i>
ΔΔΠ, κέ, εἰκοσιπέντε.	XXV, 25. <i>viginti quinque.</i>
ΔΔΠΙ, κς, εἰκοσιέξ.	XXVI, 26. <i>viginti sex.</i>
ΔΔΠΙΙ, κζ, εἰκοσιεπτά.	XXVII, 27. <i>viginti septem.</i>
ΔΔΠΙΙΙ, κη, εἰκοσιοκτώ.	XXVIII, 28. <i>viginti octo.</i>
ΔΔΠΙΙΙΙ, κθ, εἰκοσιεν- νέα.	XXIX, 29. <i>viginti no- nem.</i>
ΔΔΔ, λι, τριάκοντα.	XXX, 30. <i>triginta.</i>
ΔΔΔΙ, λα'.	XXXI, 31.
ΔΔΔΙΙ, λβ,	XXXII, 32.
ΔΔΔΙΙΙ, λγ'.	XXXIII, 33.
ΔΔΔΙΙΙΙ, λδ'.	XXXIV, 34.
ΔΔΔΠ, λε.	XXXV, 35.
ΔΔΔΠΙ, λς'.	XXXVI, 36.
ΔΔΔΠΙΙ, λζ'.	XXXVII, 37.
ΔΔΔΠΙΙΙ, λη'.	XXXVIII, 38.
ΔΔΔΠΙΙΙΙ, λθ'.	XXXIX, 39.
ΔΔΔΔ, μ'.	XL, 40.
ΔΔΔΔΙ, μα'.	XLI, 41.
ΔΔΔΔΙΙ, μβ'.	XLII, 42.
ΔΔΔΔΙΙΙ, μγ'.	XLIII, 43.
ΔΔΔΔΙΙΙΙ, μδ'.	XLIV, 44.
ΔΔΔΔΠ, μέ.	XLV, 45.
ΔΔΔΔΠΙ, μς'.	XLVI, 46.
ΔΔΔΔΠΙΙ, μζ'.	XLVII, 47.
ΔΔΔΔΠΙΙΙ, μη'.	XLVIII, 48.
ΔΔΔΔΠΙΙΙΙ, μθ'.	XLIX, 49.
[Δ] ν', πεντήκοντα.	L, 50.
[Δ] ι, να'.	LI, 51.

[Δ] ιι,



[Δ] Π, νβ'.	LII, 52.
[Δ] ΠΙ, νγ'.	LIII, 53.
[Δ] ΙΙΙ, νδ'.	LIV, 54.
[Δ] Π, νε'.	LV, 55.
[Δ] ΠΙ, νς'.	LVI, 56.
[Δ] ΙΙΙ, νζ'.	LVII, 57.
[Δ] ΙΙΙΙ, νη'.	LVIII, 58.
[Δ] ΠΙΙΙ, νθ'.	LIX, 59.
[Δ] Δ, ξ', ἐξήκοντα.	LX, 60. <i>sexaginta</i> .
[Δ] ΔΙ, ξα'.	LXI, 61.
[Δ] ΔΙΙ, ξβ'.	LXII, 62.
[Δ] ΔΙΙΙ, ξγ'.	LXIII, 63.
[Δ] ΔΙΙΙΙ, ξδ'.	LXIV, 64.
[Δ] ΔΠ, ξε'.	LXV, 65.
[Δ] ΔΠΙ, ξς'.	LXVI, 66.
[Δ] ΔΠΙΙ, ξζ'.	LXVII, 67.
[Δ] ΔΠΙΙΙ, ξη'.	LXVIII, 68.
[Δ] ΔΠΙΙΙΙ, ξθ'.	LXIX, 69.
[Δ] ΔΔ, ο' ἐβδομήκοντα.	LXX, 70. <i>septuaginta</i> .
[Δ] ΔΔΙ, οα'.	LXXI, 71.
[Δ] ΔΔΙΙ, οβ'.	LXXII, 72.
[Δ] ΔΔΙΙΙ, ογ'.	LXXIII, 73.
[Δ] ΔΔΙΙΙΙ, οδ'.	LXXIV, 74.
[Δ] ΔΔΠ, οε'.	LXXV, 75.
[Δ] ΔΔΠΙ, ος'.	LXXVI, 76.
[Δ] ΔΔΠΙΙ, οζ'.	LXXVII, 77.
[Δ] ΔΔΠΙΙΙ, οη'.	LXXVIII, 78.
[Δ] ΔΔΠΙΙΙΙ, οθ'.	LXXIX, 79.
[Δ] ΔΔΔ, π', ογδοήκοντα.	LXXX, 80. <i>octoginta</i> .
[Δ] ΔΔΔΙ, πα'.	LXXXI, 81.
[Δ] ΔΔΔΗ, πβ'.	LXXXII, 82.
	[Δ] ΔΔΔΠΙ,



[Δ] ΔΔΔΠ, πγ'.	LXXXIII, 83.
[Δ] ΔΔΔΠ, πδ'.	LXXXIV, 84.
[Δ] ΔΔΔΠ, πέ.	LXXXV, 85.
[Δ] ΔΔΔΠ, πς'.	LXXXVI, 86.
[Δ] ΔΔΔΠ, πζ'.	LXXXVII, 87.
[Δ] ΔΔΔΠ, πη'.	LXXXVIII, 88.
[Δ] ΔΔΔΠ, πθ'.	LXXXIX, 89.
[Δ] ΔΔΔΔ, ς', vel ς', εννε- νήκοντα.	XC, 90. nonaginta.
[Δ] ΔΔΔΔΙ, 5α'.	XCI, 91.
[Δ] ΔΔΔΔΙΙ, 5β'.	XCII, 92.
[Δ] ΔΔΔΔΙΙΙ, 5γ'.	XCIII, 93.
[Δ] ΔΔΔΔΙΙΙΙ, 5δ'.	XCIV, 94.
[Δ] ΔΔΔΔΠ, 5ε'.	XCV, 95.
[Δ] ΔΔΔΔΠΙ, 5ς'.	XCVI, 96.
[Δ] ΔΔΔΔΠΙΙ, 5ζ'.	XCVII, 97.
[Δ] ΔΔΔΔΠΙΙΙ, 5η'.	XCVIII, 98.
[Δ] ΔΔΔΔΠΙΙΙΙ, 5θ'.	XCIX, 99.
Η, ς', εκατόν.	C, 100, centum.
ΗΗ, σ', διακόσια.	CC, vel 200, ducenta.
ΗΗΗ, τ', τριακόσια.	CCC, 300, trecenta.
ΗΗΗΗ, υ', τετρακό- σια.	CCCC, 400, quadrin- genta.
[Η] Φ', πεντακόσια.	D, vel 500, quingenta.
[Η] Η, χ', εξακόσια.	DC, 600, sexcenta.
[Η] ΗΗ, ψ', επτακόσια.	DCC, 700, septingenta.
[Η] ΗΗΗ, ω', οκτακόσια.	DCCC, 800, octingenta.
[Η] ΗΗΗΗ, πί, εννεακό- σια.	DCCCC, 900, nongenta.
Χ, α, χίλια, mille.	M, 1000.

XX,



XX, β, διχίλια, duo mil-  $\overline{\text{II}}$ , 2000.  
lia.

XXX, γ, τριχίλια, tria  $\overline{\text{III}}$ , 3000.  
millia.

XXXX, δ, τετραχίλια.  $\overline{\text{IV}}$ , 4000.  
quatuor millia.

$\square$ , ε, πενταχίλια,  $\overline{\text{V}}$ , 5000.  
quinque millia.

$\square$ X, ς, εξαχίλια, sex  $\overline{\text{VI}}$ , 6000.  
millia.

$\square$ XX, ζ, επταχίλια,  $\overline{\text{VII}}$ , 7000.  
septem millia.

$\square$ XX, η, οκταχίλια,  $\overline{\text{VIII}}$ , 8000.  
octo millia.

$\square$ XXXX, θ, εννεαχιλί-  $\overline{\text{VIII}}$ , 9000.  
λία, nouem millia.

M, κ, μύρια, decem millia.  $\overline{\text{X}}$ , 10000.

*Si quis ulterius progredi velit in numeris, facile ex  
dictis intelliget, quo pacto colligendi & componendi  
sint, quemadmodum etiam tunc, cum quis annos  
Christi designare volet, ut hunc præsentem 1593.  
denotare enim illum licebit maiusculis X,  $\overline{\text{H}}$ ;*

$\overline{\Delta}$ , ΔΔΔΔIII, & minusculis  
α', φ', λ', γ',

CAPUT



CAPVT XXXIV.  
DE MENSIBVS GRÆ-  
CORVM.

**D**Vodecim habebant Attici menses, vt & Romani, hoc tamen discrimine, quod menses illorum essent lunares, horum solares. Quare omnino cum Latinis non conueniunt, & vt maxime conuenirent, non satis tamen exploratum est, qui Græci quibus Latinis mensibus responderint, aut etiamnum respondeant, de quo variæ extant eruditorum sententiæ; vulgo ita ordinari, & Latinis mensibus opponi solent.

ἑκατομβαιῶν, Iunius, dictus ab Hecatombis sacrificiis, primus anni mensis, inchoabant enim Attici annum ab æstiuo solstitio, quod in Iunium incidit.

Μεταγῆτινιῶν, Iulius, à Metagitniis Apollinis sacris.

Βοηδρομιῶν, Augustus, à Boedromiis sacris.

Μαιμακτεριῶν, September, à Mæmacta, quod turbidum aërem significat.

Προανεψιῶν, October, sic dictus à festo, quod agitabatur frugibus terræ iam collectis, & conditis. Vide Plutarchum in Theseo.

Ανθεστηριῶν, Nouember, dictus quod ἀνθεῶν

I

σεπέ



σερεῖ πλὴν γλῶ, quod terram floribus spoliet.

Ποσειδεὼν, id est, Neptunus, December.

Γαμηλιῶν, Ianuarius à Iunone, quæ præest nuptiis.

Ελαφιβολιῶν, Februarius à venatione ceruorum.

Μουσηχῶν, Martius, à Munichiiis Dianæ sacris.

Θαργηλιῶν, Aprilis à Thargeliis festo die, quo primitiæ frugum Diis offerebantur.

Σκιρροφοριῶν, Maius à sacris umbraculis.

Vtuntur etiam Græci nominibus mensium Latinorum. Ιανυάριος, Φεβρυάριος, Μάρτιος, Ἀπρίλιος, Μάϊος, Ιούνιος, Ιούλιος, Αύγουστος, Σεπτέμβριος, Ὀκτώβριος, Νοέμβριος, Δεκέμβριος.

Diuidunt autem Græci menses suos in tres Decades seu Decurias. Primam vocant *μηνὸς ἰσαμελὺς* seu *ἑτερομελὺς*, (quasi mensis stantis vel incipientis) Secundam vocant *μεσοδύτης*, vel *ὑπὲρ δεκάδης* (quasi medii mensis, vel supra decadem) Tertiam vocant *φθίνουσα* *μηνὸς*, vel *πανομελὺς*, vel *λήγουσα*, vel *ὑπὲρ εἰκάδης* (quasi euanescentis vel cessantis mensis, vel supra vicesimum diem) Quæ omnia in hac tabella vides.



1. Νεμωία		Kalend.	
2. δατέρε		IV.	
3. τρίτη		III.	
4. τετάρτη	ισαμύς	Pridie	
5. πέμπτη	vel αρχο-	Nonæ	Nonas.
6. ἑκτη	μύς μη-	VIII.	
7. ἑβδόμη	νός.	VII.	
8. ὀγδὼν		VI.	
9. ἐννάτη		V.	Idus.
10. δεκάτη		IV.	
11. πρῶτη		III.	
12. δατέρε		Pridie	
13. τρίτη		Idibus	
14. τετάρτη		XVIII.	
15. πέμπτη	μεσοδτ	XVII.	
16. ἑκτη	μωός ἢ	XVI.	
17. ἑβδόμη	ἔπι δεκά-	XV.	
18. ὀγδὼν	δι, ἢ ἔπι	XIV.	Kalend.
19. ἐννάτη	δεκάτη, ἢ	XIII.	
20. εἰκας seu εἰκοστῇ.	ἔπι δέκας.	XII.	
21. δεκάτη		XI.	
22. ἐννάτη		X.	
23. ὀγδὼν		IX.	
24. ἑβδόμη		VIII.	
25. ἑκτη	Φθίνοντ	VII.	Kalend.
26. πέμπτη	μωός.	VI.	
27. τετάρτη		V.	
28. τρίτη		IV.	
29. δατέρε		III.	
30. ἑνὴ καὶ νέω		Pridie.	
		I 2	In



In decade  $\mu\lambda\omega\delta\varsigma$   $\phi\theta\acute{\iota}\nu\omicron\nu\tau\theta$  vtuntur, vt vides, Græci ordine retrogardo numerorum, sicut Latini in suis Nonis, Idibus, & Kalendis.

Potest tamen ordo etiam verus & naturalis numerorum seruari hoc pacto.

21. πρῶτη	}	
22. δευτέρα		
23. τρίτη		
24. τετάρτη		
25. πέμπτη		
26. ἕκτη	}	Ἰπὶ εἰκάδι, vel $\mu\epsilon$ εἰκάδα, vel Ἰπὶ εἰκοσῇ, vel Ἰπὶ εἰκοσι.
27. ἑβδόμη		
28. ὀγδόη		
29. ἐννάτη	}	vel τριακάς, vel τετρακοσῇ.
30. ἑνὴ καὶ νέα		

Prima dies mensis dicitur Νεμυλία, Neomenia, quia nouilunium in illum incidebat. Decimaquinta vocatur ab Hesiodo Μέση, quia medium obtinet locum inter dies mensis. Trigesima appellatur ἑνὴ, seu ἑνὴ καὶ νέα, vetus & noua, subauditur enim vox ἡμέρα, quia erat vltima lunæ decrescientis, & prima accrescentis, nouilunium enim sæpe illa ipsa trigesima die inchoabatur: sed quid si mensis habeat triginta & vnum dies, vt nonnulli apud nos? quid si pauciores triginta, vt Februarius, qui tantum 28. vel 29. diebus constat? Respondeo, post εἰκάδα seu εἰκοσιώ, dicendum esse ἐνδεκάτῃ  $\phi\theta\acute{\iota}\nu\omicron\nu\tau\theta$ , vel ἐνδεκάτῃ Ἰπὶ εἰκάδι, erit-



eritque vigesima prima mensis, sicut δεκάτη φθίνοντες, vicesima secunda, & δευτέρα φθίνοντες, trigesima; ἔνη καὶ νέω, trigesima prima. At in Februario ὀγδόη φθίνοντες erit 21. δευτέρα φθίνοντες, 27. ἔνη καὶ νέω, 28. Secundum alterum numerandi modum, qui non est retrogradus, non dicetur in Februario 28. dies, ὀγδόη ἔπι εἰκάδι, sed post 27. qui est ἐβδόμη ἔπι εἰκάδι, ponetur ἔνη καὶ νέω, & in mense qui vno & triginta diebus constat, trigesima vocabitur δεκάτη ἔπι εἰκάδι, seu absolute τριακῆ, seu τριακά. Ex his facile erit colligere, quomodo subscriptiones, & temporum notationes consignandæ sint in Epistolis, & aliis id genus scriptis, quibus annum, mensem, diem adiicere solemus, ut ἐγγραφὰ τῶντα ἔπει ἀπὸ τῆς Θεογονίας, α, φ, λ, γ, τῇ ἐννάτῃ μεσοῦντες μίωδες ἑκατομβαιῶν ἐν ᾧ Ἰγρολαδίω τῶν Βοιωτῶν. Quin etiam Græci Latinorum supputationem, & numerandi rationem non raro sequuntur; πρὸς δὲ νονηῶν Ἀπριλίου. Quarto nonas Aprilis, hoc est, die secundo. πρὸς ἐννονηῶν Μαρτίου, quinto nonas Martii, id est, tertio die Martij. πρὸς ἡ εἰδῶν Ἰουνίου, octavo idus Iunii. id est, sexto die. πρὸς καλανδῶν ἰθ' Σεπτεμβρίου, decimo nono Kalendas Septembris, id est, decimoquarto die Augusti, ἐν τῇς Καλάνδαις τοῦ Μαΐου, Kalendis Maii, id est, prima die Maii. εἰδοῖς Μαρτίου. Plutarchus, Idibus Martij 15. Martij. Idem, εἰδοῖς Σεπτεμβρίου. Idibus Septembris, 13. Septembris. Sicut porro Latine interdum dicimus decima Martij, vigesima, vige-



fima prima, trigesima, ita & Græce dicere licebit, τῇ δεκάτῃ, τῇ εἰκοστῇ, τῇ εἰκοστῇ πρώτῃ. τῇ τριακοστῇ τῇ Μαρτίᾳ.

## CAPVT XXV.

DE PRONVNTIATIONE GRÆCORVM VOCABVLO RV M,  
quibus Latini vtuntur.

**N**emo est Græce & Latine doctus, qui nesciat, Latinos multa à Græcis vocabula accepisse, & in suam linguam transtulisse, aliquando quidem integra; aliquando nonnihil immutata, & ad Latinos modos sonosque inflexa. Cum autem huius rei cognitio, Poetices studiosis, & ad Latinum carmen condendum, & ad rectam pronunciationem non parum emolumenti adferat, operæpretium visum est, hoc capite docere, quo pacto vocabula Græca Latio donata efferri debeant. Postea dicemus de singulis Græcorum literis & diphthongis, quæ & qua mutatione in Latinam linguam transferantur, iis in dictionibus, quas Latini cum Græcis communes habent.

De pronunciatione igitur Græcarum vocum, quas Latini vsurpant, ingentes & sunt & olim fuerunt pugnae; aliis Græci accentus, aliis quantitatis rationem habendam affirmantibus. Tota enim controuersia inde exitit, quod quan-



quantitas & accentus apud Græcos distinguantur, cuius contrarium fit apud Latinos, qui penultima lōga nunquam acuunt antepenultimam, & penultimam breuem nunquam insigniunt accentu acuto. Verum tricis omillis duo præcepta tradi poterunt, quibus rei summa simul & comprehendatur & conficiatur. Primum est. *Huiusmodi vocabula recte pronuntiari siue accentus, siue quantitas obseruetur.* Alterum est: *Hac in re seruiendum esse loci in quo es, & seculi, quo viuis, mori & consuetudini.* Primum ita ostendo. Vocabula Græca in Latium deducta vt *Philosophia, Harmonia, Prosodia, Melodia, Symphonia, Basilus*, & sexcenta alia, non ideo desinunt esse Græca, quod vsurpentur à Latinis: nam origine, & vt sic dixerim, patria sunt & manent Græca. Quare inepte non faciunt, qui Græcis Græcum tonum & sonum relinquunt. An non enim *Philosophia*, verbi gratia, Græcum vocabulum est, quantumuis Latinis characteribus exaratum? Iure igitur natio suo accentu illud notare potero, præsertim cum veteres Latini Græcum accentum adeo obseruarint in pronuntiando, vt ad illius modulos etiam Latinas quasdam dictiones accommodarint. Hinc *exáduersum* apud Gellium lib. 7. cap 7. & apud Priscianum, *éxinde, déinde, súbinde, próinde, síquando, néquando, aliquando, Iuriscónsultus, calefács, tepesács, muliérís, tepéfis, caléfis*. Non refert quod fines & terminationes habeant nonnullas, non Græcas, sed Latinas, vt *Philosophia, Prosodia, paracleti, paracletum*; nam terminatio non efficit, quo minus dictio origine sit & censeatur Græca, quocirca nihil obstat, quo minus Græcum accentum seruet. Quod si ob mutationem terminationis aliquando accidit, vt accentus neque Græcis neque Latinis legibus sit consentaneus, (quod accidit in obliquis nominis *παράκλητος*, verbi gratia, dum pronunciamus, *paracliti, paraclito* proparoxytonè, cum tamen siue Latinam siue Græcā rationem accentuū spectemus, collocari debeat accentus in penultima) id consuetudini, de qua paulo post, condonandum est. Cum enim Rectus sit proparoxytonus,



absurdum visum est Latinæ consuetudini sedem accentus mutare in obliquis, quorum vltima esset longa, nullo incremento syllabarum facto.

Huc accedit Seruius, qui in libello de accentibus notat Latinos eundem accentum quem Græci habent, efferre in Græcis quibusdam nominibus; imo olim & præsertim tempore Ausonii adeo Græca vocabula secundum accentum Græcum efferebant, ut quantitatem penitus euerterent, eamque solo accentu metirentur, quasi accentus & quantitas non distinguerentur. Quia enim Græcis voces hæ, ἰδωλα, ἔρημος, habent accentum in prima. Latini quoque eodem accentu extulere, *idola*, *eremus*. Hinc dactyli sunt apud Prudentium. Græcis est δερπίδης. Eodem accentu pronunciarunt id vocis Latini, hinc Sidonius accentum secutus penultimam producit in hoc phaleucio:

*Orchestran quatit alter Euripidis.*

Græce dicitur ἀνικητός, nomen eius Poetæ, qui scripsit phænomena, cuius media longa est, sed à Sidonio correpta:

*Diuerfas Arato vias cucurrit.*

Et à Paulino:

*Aut Arati numeros, aut picta Manethonis astra?*

Tertullianus quoque in carmine contra Marcionem corripuit penultimam in nomine *Anicetus*, Græce ἀνίκητος, accentum secutus:

*Atque Pio suscepit Anicetus ordine sortem*

*Sub quo Marcion hic veniens noua Pontica pestis.*

Idem sibi licere voluit Ausonius in nomine τετράγωνος, τετράγωνος, & φαίαξ, Phæaces, à Recto φαίαξ.

*Per totidem partes trigonorum regula currit.*

Et,

*Fulgur tetragono aspectus vitale coruscat.*

Et,

*Tres primas Pheacum pugnas tribus ordine bellis.*

Quin, quod magis mirandum, apud Plautum dactylus est *Phedromus* & *Philippus*; quia Græce est Φαιδρωμος & Φίλιππος, accentu in prima. Sed respexit Poeta ad accentum eiusque modo ipsam etiam quantitatem mensus est.

Quæ



Quæ cum ita sese habeant, quis nisi iniquus rerum censor illos inscitæ arguat; qui hodie quoque accentum Græcum in nonnullis Latina ciuitate donatis vocabulis seruant; cū consuetudo hæc sit antiquissima, olimque viri doctissimi, Græcæque simul & Latinæ linguæ scientissimi, plus sibi permiserint, nimirum vt ipso accentu Græcorum vocabulorum quantitatem æstimarent. Sed aiunt, si in quibusdam Græcis Græcum tonum obseruatis, cur non idem facitis in omnibus Græcis vocabulis, quibus Latini vtuntur? Nemo enim Latine dicit *Ecclesia*, penultima acuta, vt *Philosophia*, *Theologia*. Verum hæc obiectio illorum est, qui quid sit consuetudo ignorant. Causa diuersitatis est vnicæ consuetudo, quæ in aliquibus retinuit accentum Græcum, in aliquibus ad Latinerum normam se conformare maluit, quæ consuetudo noua non est, vt iam vidimus.

At vero recte etiam agere illos, qui in pronuntiatione huiusmodi vocabulorum quantitatem, Latinumque accentum sequuntur, inde planum fit, quod sint quoque Latini; non quidem ortu, sed vsu. Vt igitur Latini Latinam terminationem, & sæpe quantitatem, ita quoque Latinum accentum illis attribuunt, aut suo iure attribuere possunt. Nam gignendi & dandi casus *Philosophia* à Recto *Philosophia*, non desinunt in terminationem Græcam, & a nominatiui Græce producit, Latine corripitur. Quamobrem vt hæc & alia Latini mutarunt in aduentitiis istis vocibus, ita mutare etiam possunt accentum Græcum, substituto in eius locum Latino, qui à quantitate, vt sæpe iam diximus, non secernitur.

Et si tempore Plauti ipsa etiam Græca nomina ad accentum & pronuntiationem Latinam accommodabant, dicentes, Hectorem, Nestorem, vt *Rectorem*, *Pastorem*, *Doctorem*, quantumuis quantitate & accentu Græco repugnante; quid mirum, si his etiam temporibus, nonnullis in locis consuetudo Græcum accentum mutet, & in Latinum conuertat, solius quantitatis ratione habita?

Porro quod in hac re consuetudini locorum & tempo-



rum obtemperandum, hæcque pro regula & magistra habenda sit, monemur primum ipso nomine *consuetudinis*, quæ, ut dixit Gellius regina est rerum, & maxime verborum, utique etiam verborum pronunciandorum; quamque Quintilianus certissimam loquendi magistram appellat; & penes usum seu consuetudinem affirmat Horatius esse arbitrium & ius & normam loquendi; cur non & pronunciandi? Locutio enim pronunciationem includit. Sapienter itidem monet M. Tullius, usum loquendi (adde & pronunciandi) concedendum esse populo, scientiam nobis reservandam, à quo non abludit tritum illud Aristotelis; *In usu verborum sequendam esse vulgi consuetudinem*, consuetudinem, inquam, non autem abusum; nihil enim, ut recte Quintil. lib. 1. cap. 6. docet, consuetudinis nomen meretur, nisi careat iusta reprehensione; ut sane hoc, de quo agimus, caret; Nam quis iis in locis, ubi moris est hæc & similes voces, *Philosophia, Harmonia, Prosodia*, paroxytone effari, morem hunc reprehendit præter ineptos, & qui intelligendo faciunt, ut nihil intelligant? Neque vicissim quispiam nisi indoctus condemnat illos, qui loci sui morem secuti, accentum Græcum, observata quantitate negligit.

Scribit Gellius libro 13, capite 24 hunc patrium casum Valeri (scribebant autem per simplex i, ut apud Horatium *culpa deterere ingeni*) veteres pronunciasse penultima acuta, *Valéri*. Vocandi autem casum antepenultima acuta *Váleri*; & tamen consuetudine superante res aliter nunc sese habet, & vero iam ætate Gellii habebat. Si quis iam, inquit Gellius, Valerium appellans in casu vocandi, acuerit primam, non abierit, quin rideatur. Dicimus enim, Valeri penultima acuta in casu vocandi, & hoc propter solam consuetudinem. Cur igitur non liceat voces Græcas Græco accentu efferre, si consuetudo ita ferat, præsertim cum hæc consuetudo optima ratione nitatur, contra quam qui brachia tendit, & fronte aduersa obnititur, is non minus merebitur risum, quam qui in vocandi casu diceret: *Mércuri, Virgili, Sulpici, Oúidi, Grégori, Ambrosi, Géruali,*



passi, Prótasi, proparoxytone. Quod de illo itidem intelligi volo, qui contrariæ consuetudini, vbi ea inualuit, sese opponit. Et vt magis elucescat quanta vis consuetudinis, vnicum adhuc subiiciam exemplum. Olim in Recto fœminini pronuntiabant, *utraq*, accentu in penultima, quod in masculino dicatur *uterq*, accentu in penultima; Hinc Ausonius morem sui temporis secutus, producere ausus est penultimam illam syllabam. Epigram 90.

*Odit utraq*, aliud da modo consilium.  
Et ad patrem.

*Et placuisse reor geminis atatibus, vt se  
Non festinato tempore utraq*, daret.

Addo ad extremum non simpliciter condemnandos, qui inueteratum morem secuti, quasdam voces Græcas, neque secundum accentum Græcum, neque secundum quantitatem efferunt, quod nominatim fit in voce ἀντιφώνη, *antiphona*, quæ vulgo nunc Latine proparoxytone effertur, nec male. Nam si consuetudo olim illa ἐκτοε, νέπτε, mutare potuit in *Hectóri*, *Nestóri*, & τετραγώνω, in tetragono, non video cur eadem consuetudo non possit vocem

ἀντιφώνη conuertere in antiphonam  
ante penultima acuta.

## CAPVT



CAPVT XXXVI.  
 QVOMODO VOCALES GRÆ-  
 CÆ TRANSEANT AD  
 Latinos.

Vocales Græcæ sunt istæ: α, ε, η, ι, ο, υ, ω.

Alpha Græ-  
 cum transit ali-  
 quando ad La-  
 tinos integrum  
 eadem vel di-  
 uersa quanti-  
 tate.

Eadem, ut *μεδοσα, mēsa, λαμπάς, lampas, κήλαθος, calathus* & in aliis innume-  
 ris, quæ a breue habent apud Latinos  
 & Græcos.

Diuersa, ut *Φιλοσοφία, Philosophia, Θεο-  
 λογία, Theologia*. nam a Græce produ-  
 citur, Latine corripitur.

a Doricum est Latinis nunc breue, nunc  
 longum. *Φάμα, pro φήμη, fama. πλά-  
 γα, pro πληγή, plaga*. nam prius a lon-  
 gum est, posterius breue.

Aliquando ver-  
 titur alpha in

e *τέλαντον, talentum.*

i *μηχανή, machina, τρυτήνη, trutina, κή-  
 νασπον, canistrum.*

o *μαρμαίρειος, marmoreus.*

u *θρίαμβος, triumphus. κραπάλη, crapu-  
 la. σπασαλίζειν, strangulare.*

x *Ασκληπίος, Æsculapius.*

E.

E manet La-  
 tinis

Integrum & breue, *ἐγώ, ego. φέρω, fero. ιδέα, i-  
 dea. τρέμω, tremo. βρέμω, fremo. θεός, Deus.*

Longum, *μέ, me. σέ & Dorice τέ*. vnde Lati-  
 num *te* mutata quantitate, *ρέπω, repo*. Pri-  
 ma longa.

Vertitur aliquando in u breue *σκοπέλεος, sco-  
 pulus; νεφέλη, nebula*. Item, in i. *έν, in.  
 τέγγω, tingo.*

e lon-



## H.

e longum, ἔρημος, *eremus*. γραμματικὴ, *grammatica*, παρακλητός, *paracletus*.

e breue, πατήρ, *pater*, μήτηρ, *mater*, nisi quis hæc Latina potius à vocatiuo Græco deducat, ὦ πάτερ, ὦ μήτηρ. Θαλῆς, *Thales*, λυγιστής, *Lyristes*. e virob. ῥ; alioqui longum, sed breue est in illo apud Ausonium; in hoc apud Sidonium. *Thales*, ἐγγύα, παρέστη δ' ἄτη, *protulit*, est enim iambicus senarius, primo loco habens Anapæstum.

*Alcaeo potior Lyristes ipso.*

H verti-  
tur in

Sic in Latino *crepida*, prima est brevis; licet à Græco κρηπίς, veniat, vt & in voce *crepido*. Sic καίλη, *Calpe*, e longo, sed corripuit Iuuenalis Satyra 14. *Æquora transiliet*, sed longe *Calpe* relicta. *Eremus* quoq; penultimam breuem habet apud Prudentium & alios mutato η in e breue.

a longum, σῖνηπι, *sinapi*, μήτηρ, *mater*, φήμη,  *fama*, nisi quis ita Latinos à Doribus accepisse velit.

a breue, γραμματικὴ, *Grammatica*.

æ σκλῶν, *scæna*. sunt enim qui hanc vocem per æ scribant. Sed minus recte.

i breue, ὀψής, *vestis*.

## I.

a τγγαίνω, *Tango*.

I longum, Ἀγχίσης, *Anchises*.

I breue, Νεστωρίδης, *Nestorides*.

I verti-  
tur in

e ναυτία, *nausea*.

Aliquando fit consonans apud Latinos cum semper sit vocalis apud Græcos Ἰησοῦς, *Iesus*, potest enim vox hæc & dissyllaba & trisyllaba esse.

o mu-



O.

O mu-  
tatur in

- o breue, Ὀλυμπός, *Olympus*, οἶς, *ovis*.
- a βόσκω, *pasco*. ἀροτριον, *aratrum*.
- u breue, Ὀδυσσεύς, *Vlysses*, maxime in fine dictio-  
num, Ὅμηρος, *Homerus*, μέθοδος, *methodus*.
- os in er καίπερος, *caper*. ἀγρός, *ager*. Ἀλέξανδρος, *Alexander*.
- i breue, κόνις, *cinis*.
- e breue, γόνυ, *genu*, aliquando abiicitur, ἀπό ab.

Υ.

Manet aliquando, λύρα, *lyra*.Υ verti-  
tur in

- u breue, φυγή, *fuga*, βότρυς, *botrus*, δύο, *duo*, κύ-  
μινον, *cuminum*, κυπάρισσος, *cupressus*.
- u longum, μῆς, *mus*, σῆς, *sus*, non tamen semper  
mutatur in u, quo fit ut minime probandi vi-  
deantur, qui nunc nobis *Sullas*, *sullaturire*,  
pro *Syllas* *syllaturire*, obtrudunt eodem iure  
dicerent *sullaba*, *lura*, pro *syllaba*, *lyra*.
- a breue, κύλιξ, *calix*.
- o breue, μύλη, *mola*, νύξ, *nox*, ἄγκυρα, *anchora*,  
aliquando abiicitur, ὡς, *per*.

Ω.

Ω verti-  
tur in

- o longum, εἰδωλον, *idolum*, quod apud Pruden-  
tium & alios corripitur. μαντις, *Manto*. ὄν, *o-  
num*.
- o commune, ἄμφω, *ambo*. βρέμω, *fremo*. λέγω, *dē-  
co*. πλάτων, *Plato*.
- o breue, νέστωρ, *Nestor*. ἑκτωρ, *Hector*. ἀγαμέμνων,  
*Agamemnon* vel *Agamemno*, nisi quis hos La-  
tinos nominatiuos formet à vocatiuis Græ-  
cis. ὦ νέστωρ, ὦ ἀγαμέμνων.
- u longum, φῶρ, *fur*.
- e φράτωρ, *frater*, nisi quis potius deducat à  
φρήτης.

CAPUT



## CAPVT XXXVII.

QVOMODO DIPHTHONGI  
GRÆCÆ AD LATI-  
nos veniant.

**D**odecim sunt diphthongi, αι, αυ, ει, ου, οι, υι, que dicuntur propriae, α, η, ω, ηυ, υ, ωυ, quæ dicuntur improprie.

α, παι, αν, αν. παλαιστρα, palaestra. καϊσαρ, Caesar. Latini tamen olim diphthongum α scribebant Græca imitatione αι, hinc illa per dialysin apud Virgilium & Lucretium: *aulai*, *pitai*, *aquai*, *patriai*, & id genus alia, & in monumentis antiquis *aira* pro *era*.

Aliquando manet integra, *μαϊα*, *Maia*. *Αϊας*, *Aiax*, non enim producantur duæ istæ voces positione sed diphthongo.

Interdum videtur mutari in e, & quidem breue, vt *Cytheron* pro *Cytheron*, Græce κυθηρων, *Clytemnestra* pro *Clytemnestra*, Græce κλυπημένηστρα, *Pheacas* pro *Phæacas*, Græce φαιδκας. Hinc Aufonius syllabas illas corripuit.

*Sed Cytheron toties ternas ex ære sacrauit.*

Et,

*Vindicem adulterij cum Clytemnestra necet.* Licet etiam legere: *Clytemnestra* hellenismo, de quo supra cap. 3.

Et,

*Tres primas Pheacum pugnas tribus ordine bellis.* Lipsius tamen in Saturnalibus legit *Threum*.

Et Prudent.

*Cuius ad arbitrium sphaera mobilis atq; rotunda,*  
pro *sphæra*.

Pauli-

ey verti-  
tur in



Paulinus Epist. 3. ad Ausonium.

*Qua Betis Oceanum, Tyrrhenumq; auget Ibe-  
rus.*

Pro Bætis, scribitur enim Græce βαῖπς.

Nisi quis dicat istos his locis ex Latina diphthon-  
go æ potius exemisse præpositiuam a, e breue  
remanente, quod in Latinis itidem vocabulis  
fecerunt Poetæ inferioris æui. Paulinus lib. 2. de  
vita S. Martini.

*Coniugis infirma tristem miseretur erumnam.*

Ibidem.

*Refugit pompam sed deflet erumnam.*

Et lib. 4.

*Dissimulare istam miseri plangentis erumnam.*

Fortunatus lib. 1. de vita S. Martini.

Ille carens animi pœnis, hic carnis erumnis.

Quibus locis vox *erumna* e breue habet.

Ipsi tamen Græci mutabant interdum αι in ε, & hoc no-  
minatim in nomine κυαίχρος, de quo existat elegans illud  
Epigramma.

ἢ τλήμων κυαίχρε κῆ ἐν ζωῆς κῆ ἀπὸ λτῶν

ὡς αἰεὶ κόπῃ τῇ ῥήμασι κῆ κοπίσι.

ἄθροιστ' ἐν πολέμοισι τῇ πέσσε μαρναμένη χεὶρ,

νῦν δὲ σ' ὁ ραμματικὸς κῆ ποδὸς ἐξέλασεν.

O miser Cynegire inter viuos & mortuos

Vt semper mutilaris verbis & gladiis.

Prius quidem in bellis cecidit manus tua pugnans,

Nunc etiam grammaticus uno pede te priuauit.

Vertitur etiam α in e breue hoc vocabulo ἔλαιον, oleum, &  
in i breue, βασκαίνω, fascino, & in a longum κρασιπάλη, cra-  
pula.

ΑΥ.

αυ manet θησαυρός, Thesaurus. αὔρα, aura. & hinc forte  
Latium, aurum, αὐλή, aula.

i lon.



## EI.

ilongum, νεῖλον, Nilus θαλία, Thalia, εἶδωλον, idolum. Αλεξάνδρεια, Alexandria. λείβω, libo.

Interdum demitur i, ut maneat e breue.

Horat. *Pura sunt plateæ, nihil ut meditantibus obstat.*

Virgil. *Pars pedibus plaudunt, choreas & carmina dicunt.*

ei verti-  
tur in

Interdum tollitur præpositiua e, manente i breui, φιδίας pro φειδίας, ἡ πρώτης pro ἡ πρώτης, χερῶν pro χειρῶν: Hinc corripuit Ausonius.

*Et Epirote Cineæ memor magis.*

Secundo loco iambus est.

*Et: Cuius opus? Phidia, qui signum Pallados eius.*

Mart. *Sed nil patrono porrigit: hæc chiragra est.*

Horat. *Nodosa corpus uolis prohibere chiragra.*

Nam qui his aliisq; locis contendunt scribendum esse *cheragra*, damnata simpliciter priori lectione, in litium quam veritatis cupidiores videntur.

Nonnunquam mutari videtur in æ, plerumque enim scribitur læuis & læuor, quæ à Græco λαῖα descendere notum est.

Interdum integra scribitur. *Calliopeia, Deiopeia*, in penultima; nam in prima non est diphthongus. Est cum dissoluitur productio e.

Ouid. *Flebilis indignos elegeia solue capillos.*

Nisi quis Ionismum esse contendat, nam Iones & huius diphthongi mutant in η, facta dialysi, ἐλσγήια, κυθηρήια, ἀγγῆιον, ἀγγήιον, υἱας.

Utebantur Latini olim hac diphthongo in Latinis etiam vocabulis, hinc *captinei, amicei, magnei*. in Recto plurali.

## EY.

Aliquando manet; εὐγε, εὐχαιρία, Eucharistia, εὐρος, Eurus, θεός, Theus.

K

Aliquando



Aliquando diuiditur in e & u breue, *θησεύς*, *Theseus*,  
*ὀρφεύς*, *Orpheus*, *trium syllabarum*.

Vertitur e longum, *ἀχιλλεύς*, *Achilles*. *ὀδυσσεύς*, *Vlysses*, nisi quis hæc & similia velit formare à Doricis  
*ὀδυσσεύς*, *ἀχιλλεύς*.

## OI.

Manet interdum, *τροία*, *Troia*. nam hæc dictio primam  
 habet longam diphthongo, non positione.

Latini pro œ scribebant olim oi, sic oionem pro œnu-  
 nem adfert Capella. & pro u, oitier pro utier, apud  
 Victorinum, & in priscis monumentis oitile pro  
 utile. teste Lipsio libro de pronunciat. Lat. ling.  
 cap. ii.

Mutatur in œ *φοῖβος*, *Phæbus*. *φοίνισσα*, *Phænissa*. Exi-  
 mitur ex illa o præpositiua ab Aufonio.

*Da rectum casum iam solicismus eris.*

Nisi quis legat solecismus, ut ex Latina œ præpositam  
 subtraxerit.

Videtur & eximi in his vocibus; *ποιητής*, *ποίημα*, *ποι-  
 ησις*, *Poëta*, *Poëma*, *Poësis*, nam primam Latini cor-  
 ripiunt.

## OY.

u longum *πολύπους*, *polypus*, vltima longa, quam  
 Poëtæ nonnunquam corripunt. Horat.

*Polypus an grauis hirsutis cubet hircus in alis.*

e longum *τρίπους*, *tripes*. *πὸς*, *pēs* Hinc pes cum  
 suis compositis vltimam producit apud Lati-  
 nos, Aufonius corripuit.

*Quis bipes, & quadrupes foret & tripes, omnia so-  
 lus.*

o longum, *βῆς*, *bos*.

o breue, *βέλω*, seu *βέλομαι*, *uolo*.

## α. η. ω.

α & η. mutantur in æ. *τῆ μούση*, *musæ*. *τῆ ποιητῆς*, *Poëtæ*. *τῆ  
 φιλοσοφίας*, *philosophia*.

ω transit in æ *τραγωδία*, *tragœdia*. *κωμωδία*, *comœdia*. item  
 in o longum, *ὠδή*, *ode*. *πρὸς ὠδία*, *prosodia*.

Diph-



Diphthongi ηυ & ωυ Latinis non sunt notæ. 4 manet in-  
tegra, harpyia, cynomyia.

## CAPVT XXXVIII.

QVA MUTATIONE CONSO-  
NANTES, GRÆCÆ IN LA-  
tinam linguam transfe-  
rantur.

- β ver-  
titur in {  
b μακρόβιⓄ, Macrobius, φοῖβⓄ, Phæbus, βῆς,  
bos.  
p βαβαῖ, Papa, quamuis Græci etiam παπαῖ, di-  
cant.  
u βῖη, vis, βαδίζω, vado.  
ph θρίαμβⓄ, Triumphus.  
γ { Manet, γαλαττα, Galatea, γένος, genus.  
Interdum fit ν, ἀγγελⓄ, Angelus.  
δ in { d δίδω, Dido, δαίμων, Daemon:  
b δῖς, bis.  
l Ὀδυσσεύς, Ulysses.  
ζ { Manet aliquando, ἐξορκίζω, exorcizo, βαπτίζω, bapti-  
zo.  
Interdum abiit in σ, μάζα, massa, πατρίζω, patris-  
so.  
θ in { th θύρⓄ, Thyrsus.  
τ θρίαμβⓄ, Triumphus.  
d Θεός, Deus, Θεά, Dea:  
κ in { c καμήλⓄ, camelus:  
g κύκνⓄ, cygnus, alii tamen κύκνις, κυβερνώ, gu-  
berno.  
λ, μ, ν, ξ, in λ, μ, ν, χ, λαμπάς, στέμμα, σινδών,  
sindon, ἑξ, ex, ἑξ, sex.  
ι in λυμφαι, lymphæ, in μ. πύγνιον, pagnium.  
ι π { p πατήρ, pater.  
b πύξⓄ, bixus.

K 2

ph τρε-



- ph τροφον, *Trophæum*. βοσφορος, *Bosphorus*. γει-  
 κος, *Gryphus*. γρυπες, *gryphes*. κλειόπας, *Cleophas*.  
 πυλαμνης, *Phylamenes*. υψιπύλη, *Hypsiphyle*. κα-  
 παρναυμ, *Capharnaum*, & in libris antiquis  
 Thermophylæ pro *Thermopyla*, Vide Turne-  
 bum lib. 28. cap. 40. qui merito ab illis dissentit,  
 qui hæc & alia huius generis nomina aspiratio-  
 ne priuant.
- π in { r ἀραψ, *Arabs*.  
 e in { rh ῥήτωρ, *Rhetor*, quando est ῥ aspiratum, id tamen  
 non fit semper, ῥώμη, *Roma*.
- σ in x αἶας, *Aias*.
- τ in { s ὀσά, *ossa*, ἡ ναυτία, *nausea*.  
 { b λίτρα, *libra*.
- φ in { f φέω, *fero*. φυγή, *fuga*.  
 { ph φιλόσοφος, *Philosophus*.  
 { b ἄμφω, *ambo*. νεφέλη, *nebula*.  
 { p πορφύρεος, *purpureus*.
- χ in { ch Χριστός, *Christus*.  
 { g ἄγχω, *ango*.
- ψ in { ps αἰθίοψ, *Æthiops*.  
 { bs ἀραψ, *Arabs*.

Spiritus asper vertitur nonnunquam in s. ἐξ sex, ἑπτα, *sex*, *septem*. ἐρπυλλον, *serpillum*. ἐρπω, *serpo*. aliquando in u. ἑσπερα, *vespera*. ἐνετός, *Venetus*: Modo in h, cui proprie æ quiua-  
 let. ὕμνος, *hymnus*. ὁμηρος, *Homerus*. Etiam  
 lenis mutatur nonnunquam in  
 u, ἐσθής, *vestis*, ἡε,  
*ver*.



DISSERTATIO.  
DE PRONVNCIATIONE LIN-  
GVÆ GRÆCÆ.

**A**M dudum animus fuit ad Grammati-  
cum meum opus adiungere auctarium de  
pronunciatione Græcæ linguæ, id demum  
hac quinta Ingolstadiensi editione præsto,  
sed breuiter, nam cur immorer in re, quæ  
ex more abiit, & quæ in mores post tot secula reduci,  
prope dixerim, nequit. Itaq; satis erit libare nonnulla,  
quæ saltem scire tironum interest, si vti non placeat, aut  
per consuetudinem aui huius non liceat. Ordo hic erit.  
Primo dicemus de sono vocalium. Secundo, diphthongo-  
rum, quæ ex vocalibus compositæ. Tertio, consonantium,  
si quid tamen prius generatim de numero litterarum  
Græcanicarum dixerimus, Mekerchum præcipue seque-  
mur, & summum virum Lipsium, qui doctissimo suo de  
pronunciatione linguæ Latine Dialogo multa ad  
pronunciationem Græcæ linguæ spe-  
ctantia interserit, & im-  
miscet.

K 3

CAPVT



## CAPVT I.

DE NVMERO GRÆCARVM  
LITTERARVM, QVÆ A' QVIBVS  
inuentæ, & de Hæresi ex alphabe-  
to Græco contexta.

**H**Abent Græci litteras viginti quatuor, quas libro pri-  
mo enumerauimus & depinximus. Ex quibus has  
sexdecim Cadmus ex Phœnicia in Græciam intulisse fer-  
tur, cum ab aliis, tum à Plinio lib. 7. cap. 56. α β γ δ ε ι κ λ μ ν  
ξ ο π ρ σ τ υ. quibus, Troicis temporibus, eodem Plinio teste,  
addidit Palamedes has quatuor: ϑ ξ φ χ. Simonides Meli-  
cus totidem ζ η ψ ω. Alii aliter de hoc statuunt, vt idem  
Plinius auctor est. Sed in retam antiqua, & à nostra memo-  
ria remota, verum fortassis sine periculo ignorare licet.  
Nam quæ Beza in suo commentario de pronunciatione  
Græcæ linguæ contra litteras à Palamede & Simonide re-  
pertas adfert, ea vani hæretici vana sunt commenta, ex sola  
contradicendi libidine nata, refutatu facillima, & refutare-  
mus quoque si nobis in hac dissertatione breuitatem &  
summa rerum fastigia sequi propositum non esset.

Refert Sylburgius commentario in Græcum Alphabe-  
tum, se in membranis Fuldensibus & Moguntinis duas ali-  
as litteras Græco Alphabeto insertas reperisse, nimirum. *Eri-  
sinen* seu *Episinon* inter ϑ & ζ, & *κορριν*, seu *Copha*, seu *Coppa*  
inter π & ρ, quarum hæc nostro Latino Q. illa notæ sena-  
rii numeri adhuc vsitatae respondet, & à quibusdam σ & τ  
nominari solet. Porro litteram illam *Coppin* sedem suam ha-  
buisse post π, vt apud nos Q. testatur in Orthographia  
Victorinus Afer, licet in Græcis historicis nulla eius vesti-  
gia appareant: constanter enim *καρρα* usurpant loco nostri  
Q. vt *Quintus*, *κρίντ* Θ, seu *κρίτ* Θ. *ἀκύλας*, *ἀκύλ* Θ, *Aqui-  
la*, *Aquilus*, & centena talia. Nec mirum à Græcis hanc li-  
teram



teram fuisse desertam, cum nec apud Latinos admodum sit necessaria, ut docet clarissimus Lipsius lib. de pronuntiatio-  
ne linguæ Latinæ cap. 13. quia C. vices illius supplere, mu-  
nusq; obire potest, ut apud Græcos *κappa*; quæ & ipsa li-  
teris Latinis non tam interest, quam superest.

Memoriæ prodidit A imoinus lib. 3. Hist. Franc. cap. 41.  
Chilpericum Regem literis Francicis addidisse has ex Græ-  
cis, *ω μέγα, χ, θ, φ*, missisq; Epistolis ad sibi subiectas vrbes  
præcepisse, *ut pueri in his docerentur*. Eadem Gregorius Tu-  
ronensis lib. 5. Histor. Franc. cap. 44. nisi quod locus Gregorii  
videtur vitio librariorum corruptus, & ex Aimoino sanan-  
dus. Ita Græci olim non modo homines, sed & litterarum  
elementa in colonias miserunt. Inde Latinis itidem *κappa*  
venit, & *υ* & *ζ*, ut suo loco notabimus. Illud mirum, non  
defuisse, qui ex Alphabeto Græco hæresin sibi architecta-  
rentur. Testis Tertullianus libro de præscript cap. 50. *Non*  
*defuerunt post hos Marcus quidam & Colarbasus nouam hæ-*  
*resin ex Græcorum Alphabeto componentes. Negant enim ve-*  
*ritatem sine istis posse literis inueniri, imo totam plenitudi-*  
*nem & perfectionem veritatis in istis literis esse dispositam.*  
*Propter hanc enim causam Christum dixisse: ego sum α & ω.*  
*Deniq; Iesum Christum descendisse, id est, columbam in Ie-*  
*sum venisse, quæ Græco nomine cum ωεξεεε pronuntietur,*  
*habere secundum numerum DCCCL. percurrunt isti α & ψ*  
*χ φ υ τ totum usq; ad Alpha beta, & computant ogdoadas*  
*& decadas, ita ut adferre illorum omnes vanitates ineptum*  
*sit & otiosum.* Hæc Tertullianus. De eorundem stultitia  
non pauca Irenæus lib. 1. aduersus Hæreses, Epipha-  
nius. Hæc. 34. & Philastrius in Ca-  
talogo Hæretico-  
rum.



CAPVT II.  
DE ALPHA PRIMA  
VOCALL

**I**Nter vocales primo loco occurrit Alpha ancipitis quantitatis apud Græcos. Quarum, vt A Latinum duplicem habet, vel potius habuit pronunciationem, alteram crassam; alteram lenem; ita & Alpha Græcum geminam habere debet; crassam cum producitur; tenuem, cum corripitur. Illam designabant olim Latini A duplicato. *amaabam, effaari, maalus* pro pōmo. Hanc A simplici *facio, facies, faciem.* & quod de A dicitur, id de singulis vocalibus longis intellectum volumus. Quintilianus libr. i. cap. 12. *Veteres vsq; ad Attium & ultra porrectas syllabas geminis vocalibus scripserunt.* Reprehendit hanc duplicandi consuetudinem Lucilius his versibus.

*A primum longa & breui syllaba: nos tamen vnum  
Hoc faciemus, & vno eodemq; ut diximus. paxo,  
Scribemus PACEM, PLACIDE, IANVM, ARIDVM,  
ACETVM.*

*ἄπας, ἄγας Græci, ut faciunt.*

Sequens ætas, geminatione neglecta, literam longam lineola transuersim ducta insigniebat, & à breui distinguebat *āra, fātum, Māuors, Vārus.* Quamuis autem Græci nullo signo notarent pronunciationem illam crassioreν ἄλφα & vocalium longarum, vt ex Lucilio audiuius, nulla tamen dubitatio apud eruditos relinqui potest, quin vsu ipso & pronunciato, alpha longum à breui, aliasque longas vocales à breuibus distinxerint. Nam cum id Romani fecerint, multo magis hoc de Græcis, omnium disciplinarum Magistris, existimandum est, præsertim cum sine tali pronounciationis discrimine recta & genuina pronunciandi ratio subsistere non queat. Latinorum profecto aures ita ad discrimina ista assuetæ erant,



rant, ut si quid hac in re à publice recitantibus titubatum aut erratum esset, integra theatra exclamarent, errantemq; tantum non exploderent. *In versu quidem*, inquit Cicero in Oratore, *theatra exclamant, si fuerit una syllaba, aut brevior, aut longior. Nec vero multitudo pedes novit, nec numeros tenet; nec illud, quod offendit, aut cur aut in quo offendit, intelligit, & tamen omnium longitudinum & brevitatum in sonis, sicut acutarum, grauiumq; iudicium ipsa natura in auribus nostris collocavit.* Clarus idem M. Tullius de hac re alibi. *Quid vero hoc elegantius, quod non sit natura, sed quodam instituto? Inclytus dicimus, breui prima litera, Insanus producta. Inhumanus breui: Infelix, longa. Et, ne multis, in quibus verbis ea prima sunt litera, quæ in Sapiente atque Felice, producte dicuntur: in cæteris omnibus breuiter. Itemq; composuit, concrepuit, consuevit, confeci; consule veritatem, reprehendet. Refer ad aures, probabunt.* Vbi Cicero non de quantitate syllabarum loquitur, quis enim dubitet primam in voce *inclytus* esse longam, si syllabam spectes? sed de quantitate literarum, in pronuntiatio potissimum sita; cuius iudices & arbitri erant aures; ita ut in voce *inclytus* pronuntiatio simplex esset; in voce autem *Insanus* duplex, perinde ac si quis diceret *lin sanus* seu *Ein sanus*, sic o breue & exile in his: *composuit, concrepuit, coniecit.* Productum in his: *Coconfecit, coconsuevit, coconfiteor, coonsigno.* De quibus præclare Lipsius lib. de pronuntiatio. ling. Lat.

Similem efferendi & breues vocales à productis inter-noscendi rationem dico apud veteres Græcos etiam vñtutam fuisse; quæ tamen ut in Latina lingua, ita & in Græca funditus interiit. nam, ut recte ait Emmanuel noster, hodie ne docti quidem, & qui omnem ætatem in literis consumpserunt, A longum à breui sono possunt distinguere, eodem enim modo *malum*, & arborem & hominem sonant. Quis vel peritissimis *venit, legit* præsens à præterito *venit, legit*; *Fidi, mori, duci*, à nominibus *fidi, mori, duci*, hodie pronuntiatione separat? Communiter igitur ab omnibus pronuntiatione  $\alpha$  &  $\lambda$  tam Græci, quam



Latini similiaque; vocalium dubiarum peccatur; imo & ipsarum breuium, quæ ita efferuntur, ut longis nihil differre videantur. Ita omnia miscuit longæua vetustas. Priscæ pronunciationis remanent vestigia quædam apud Germanos, qui A multis in vocabulis linguæ suæ, tractim & cum mora pronunciant, quasi geminatum esset. nam *stomachum* vocant *maagen*, *vehi*. *saaren*, *filum*, *faaden*, *litem* *haader*. Idem observant in aliis vocalibus. Pauciorum est error ille; qui alpha Græcum & Latinum sono prope ad o deflectunt, licet alii ad aliud extremum, & ad nimis clarum sonorem vergant. In medio turissimus ibis.

## CAPVT III.

## DE ε PSILO.

**E** vocabatur olim ε Eustathius in lib. 5. Iliadis initio. *ἴστω ὅτι τὸ ε σοιχεῖται ἐν λέξει οἱ παλαιοὶ προσήεντες*. Sciendum ε à veteribus dictum ε addito Iota. Hæc videlicet illa littera est; quæ templi Delphici foribus inscripta erat tot doctissimorum hominum disputationibus decantata, vnam enim litteram fuisse apertissime ex Plutarchi libro *περὶ τοῦ Ε τοῦ ἐν δελφοῖς* intelligitur, inquit Muretus lib. 18. variarum. Lect cap. 1. & ex quodam eiusdem scriptoris loco in libro de oraculorum defectu, vbi ita legitur. *ἡ δὲ μοι δοκῶ μαθεῖν, ἢ τὸ ἐν ταῷ α ε καθερώσεως τὴν ἀφνοίαν*. *Iucundius mihi fuerit hoc discere, quam cur hic litera ε consecrata fuerit*. Idem probat Muretus ex lib. 10. Athenæi, vbi mulier alias mulieres Grammaticam docens introducit, & de vocalibus ita loquitur. *ἀλφα πρῶτον ὃ γνωσκέσ, ε τὸ δεύτερον μόνον δεύτερὴ λέγειν*. *Primum elementum, o mulieres, nominare oportet, alpha secundum tantummodo ε*. Vbi de ε psilo sermo; hoc enim secundas inter vocales tenet. Postea ε inter vocales; ε inter diphthongos remansit. Nec habebat Platonis duo additamentum illud vocabuli *ψιλον*, ut nec υ nec ε aut ο vocum



τοῦ μικροῦ & μέγα; quod ex Platonis Cratylo manifestū, ubi dicit, omnia elementa esse & habere nomina, exceptis quatuor, *Ἔ, ε, κ, ο*. τοῖς δ' ἄλλοις φωνήεσσι τε καὶ ἀφωνοῖς οἶδα ὅτι πεπρωμένοι ἄλλα γράμματα λέγουσιν ὀνόματα ποιῶντες. *Alias vero vocales & consonantes adiunctis alijs litteris, nomina facimus.* Antequam enim à Simonide reperi- tum esset, vicem eius obibat. Plato. *ὅτι καὶ ἐχράμεθα, ἀλλὰ ἐπὶ τὸ παλαιόν.* Non enim utebatur quondam *η*, sed *ε*. Hinc ait idem Plato in Cratylo, quosdam ex veteribus dixisse *ἐμέγα*, quæ postea *ἡμέγα* vocata sit. Sonus tu *ε* ψιλὸς tenuis est, quales in his Latinis vocibus, *lego, eo, ego*, quem sonum ipsum vocabulum indicat. Sed nos vitio æui omnia confundimus, & non raro τῷ *ε* ψιλῷ crassiores illum sonum affingimus, quasi non brevis, sed productum atq; adeo geminatum esset. Et sæpe insuper peculiari orationis vitio nativum eius effatum obscuramus, ut & in Latinis accidere consuevit.

## CAPVT IK.

## DE HTA.

**N**Egari non potest aliter olim ac hodie pronunciatam hanc litteram, nempe ut *E* longum apud Latinos, si effatur, sicut efferri debet. Pronuntiabatur autem *e* longum quasi geminatum, ut supra dicebamus de *alpha* longo. Ex quo more illa, *Mee, see, mecum*, pro *me, se, mecum*. & adspiratione vel littera *d* interposita *mehecum, medecum*, *preendo, veemens*, unde trisyllaba, *prehendo, vehemens*, ut *mihi ex mi* seu *mii*. *ἡ* τε igitur idem valere quod *Eeta*, multa sunt quæ suadeant, I. Auctoritas. Aufonius.

*Eta quod Æolidum, quodq; E valet, hoc latiale E.*

Sensu est, *E* Latinum æquiparare sono τῷ ἡ τε & *Græcum*; & duobus illis respondere. Terentius Maurus.

*Litteram namq; E videmus esse ad Eta proximam.*

Martianus Capella. *E vocalis duarum Græcarum*

*viri*



vim possidet, nam cum corripitur *Gracum* est, cum produci-  
tur *Eta* est. Accedat & Varro, qui oues à Græcis *μήλα* ap-  
pellatas tradit à balatu *Mee*, à Latinis autem *Bela*, quod po-  
tius *bee* sonare videantur, quam *mee*, à quo etiam Latina  
vox *balare*, vna littera extrita, ut fit in multis. Si igitur oues  
inuenerunt apud Græcos nomen à sono, necesse est, ut  
pronunciemus non *mila*, sed *mela*, quia & ipsæ non cla-  
mant *mi* vel *bi*, sed *mee* vel *bee*. Præterea si Græci nomina-  
runt capras à sono *μηγάδας*, oportet ut *Meccadas* efferamus,  
nam onomatopœia nulla erit, si *Micadas* legamus, vox e-  
nim caprarum non est *mi*, sed *mee*.

Nec deest ratio. I. Quia si *ἦται* efferatur ut *ἰῶται*, more hu-  
ius ætatis, fatendum erit, vel nullum esse E longum apud  
Græcos, quod incredibile est: vel *εψιλὸν* adhuc esse anceps  
& dubium, quod non modo incredibile est, sed & manifeste  
falsum.

II. Quemadmodum *ω* repertum est, ut *τῷ ὀ μικρῷ* quasi  
suppetias ferret, prouinciaq; , quam antea administrabat,  
partem aliquam susciperet, ita etiam *ἦται* in literarum ordi-  
nem venit, ut *εψιλὸν* subleuaret, longa q; syllabas sibi vendi-  
caret. Sicut ergo *ω* pronunciat, ut *o* longum & geminato  
quasi sono, sic & *ἦται* pronuntiandum erit ut E longum, &  
velut gemino sono.

III. Nondum reperto *ἦται* vocabula longa scribeban-  
tur per *εψιλὸν*, at tunc *εψιλὸν*, non efferebatur ut Iota,  
sed ut duplex E, *ἔραν* enim scribebant, & *ἔραια* quæ nunc  
*ἦραν*, & *ἦραια*, & ubi scriptum erat *ἔραν*, utique non pro-  
nunciabant *ἔραν* aut *ἔραια*, sed *ἔεραν* & *ἔεραια*, ergo neque  
iam vicaria *ε* *εψιλὸν* sonare debet ut Iota, sed ut E lon-  
gum.

IV. *ἦται* Græcanicum communi more & modo cum  
ad Latinos transit, vertitur in e & quidem præcipue  
longum: quod indicio est *ἦται* eodem sono præditum es-  
se, quo E longum Latinum. Vide quæ dicta cap. 36. li-  
bro 3.

V. Ipsi Græci Latina vocabula E longo scripta scribunt  
per



per ἦτα, ergo idem est utriusq; sonus. Illis enim *Felix* est φῆ-  
λιξ. *Cornelius*, κορνῆλιος. *Legatum*, λεγάτων *Dij manes*, μά-  
νης. *valere*, βαλῆρε. Zonaras & alii recentiores hīstorici  
*Regem* vocant ῥῆγα. Si igitur ἦτα per iota efferendum est,  
cur Græci scriptores E Latinum per ἦτα diuersi plane modi  
& soni reddunt.

VI. Hebraicæ dictiones, quæ apud Hebræos per E lon-  
gum scribuntur, Græce scribuntur per ἦτα, ut ἀμὴν, ἐμμά-  
νηλ, ἰωσήφ, ἰσραήλ, γαβριήλ. & Beth secunda litera Hebræ-  
orum à Græcis scribitur βῆθ, signum ergo est ἦτα Græco-  
rum sonare, ut E longum Hebræorum. Ergo Beth Græce,  
non Bith proferes. Quia si Bith te audierit Hebræus pro-  
nunciantem, risu corruet, inquit Emmanuel & Adolphus  
Mekerchus.

VII. Si ἦτα sonat ut iota, cur iota manet anceps? quia e-  
nim ω sonat ut ο μικρόν, utiq; omicron amplius ambiguum  
non remanet.

VIII. Ob vicinitatem & similitudinem soni solent Poe-  
tæ metri causâ aliquando ἦτα in locum ε ψιλῆ substiti-  
tuere, ut πημήν pro πθέρην, μακρολόγος pro μακρολό-  
γος, ἀητὸς pro αἰτὸς, sed hoc apte non fieret, si ἦτα sonaret ut  
iota, aut ut nostrum Latinum I. Ergo ita pronunciabatur  
olim quasi *eeeta*, vel certe sono quodam medio inter a & e  
saltem in quibusdam vocabulis. Quare etiam in contra-  
ctionibus ex ε ψιλῆ & alpha resultat η, ut δημωθένεια, δημω-  
θένη, πείχαι, πείχη, qualis sonus auditur etiam in his Latinis  
vocibus, *ascendo*, *mens*, *dens*, *lens*, *effectus*, *obses*, Germanicum  
videlicet a exprimens.

IX. Ipsa etiam figura ε η sententiam nostram utcunque  
insinuat, nam ut elegantissimus Muretus ait, si duo E  
aduersis frontibus scribas, eaque inter se coniungas hoc  
modo, ΕΗ, deletis postea transversis lineolis quatum al-  
tera in summo, altera in imo est, habebis η. Adhuc η va-  
lere duo ε ε ostendunt etiam Atticæ contractiones πείχαι  
πείχη, ἥδε, ἥδη. deinde Poeticæ dialyses, nam pro δῆλον di-  
cunt Poetæ δέελον. Et in veteribus monumentis apparet a-  
liquando apud Golzium, & alios ζένων pro ζένων, ἀθηνᾶ  
pro



pro ἀθλίω, & apud Pausaniam in Eliacis ἀθλίωθεν pro ἀθλίω-  
ται, & Apollonius vetus Grammaticus ξηρόν & ποθῆσαι  
Attica systole pro ξηρόν & ποθῆσαι usurpata docet. Concludat  
Plato suo testimonio, tamen si supra itidem adducto. ὅτι ἡ  
ἐχθρόμεθα ἀλλὰ ἐτὸ παλαιόν, non enim usurpabamus olim ἡ-  
τα, sed εἰς ψιλον. Quo circa non mirum, si εἰς ψιλον aliquando  
in locum ἡτα substitutum reperitur.

Fortassis obiciat quis illud Socratis apud Platonem in  
Cratylo: οἱ μὲν ἀρχαῖοιτατοὶ ἡμέραν τὴν ἡμέραν ἐκάλουν, ubi  
indicari videtur eundem esse sonum ἡῶτα κῆ ἡτα, cum sit  
vnum, idemque vocabulum. Sed secus res habet. Nam  
antiquissimi illi, qui ἡμέραν scribebant, ἡμέραν item per iota  
efferebant, posteriores qui ἡμέραν scribebant ἡμέραν  
pronunciabant, cum quibus & illi se conformabant, qui  
ἡμέραν nominabant. Nec nouum est vocabula temporis  
successu mutare literas, & sonos cum diuersi soni lit-  
teris.

Secundo obicere quis posset, quod χριστός olim & χρι-  
στὸς eundem sonum habuisse videntur: patet id primo ex  
Iustino Martyre Apologia secunda pro Christianis. χρι-  
στῶν οἱ γὰρ εἶναι κατηγόρημα, τὸ δὲ χριστὸν μνηστῆσαι εἰ δίκαι-  
ον. Accusamur, quod simus Christiani; sed equum non est  
odisse χριστὸν. Ibidem ait Iustinus Christianos ratione nomi-  
nis esse χριστοπάτας. Vbi, nisi idem sonus sit vocabuli χριστός  
& χριστός, totum quod dicitur, videretur esse ineptum & ab-  
surdum. Sic apud Theophilum Antiochenum libro pri-  
mo, cum Autolycus Theophilo nomen Christiani obie-  
cisset, respondit ille: nihil aliud in votis habeo, quam ut  
sim ἀχρηστὸς, id est, bonus erga Deum: sed tu fortassis ita  
sentis de Deo, quod ἀχρηστὸς. Vbi similiter necesse est  
statuere similitudinem soni inter χριστὸν & χρηστὸν. Re-  
spondeo, nihil ex his locis confici. Nam apud Iustinum  
& Theophilum legendum est, non χριστῶν, sed χρηστῶν,  
Ethnici enim vel ex malitia, vel ex imperitia vocabant  
Christianos Chrestianos, Tertullianus in Apologet. cap. 3.  
Sed & cum perperam Chrestianus pronunciatur à vobis  
(nam



(nam nec nominis certa est notitia penes vos) de suauitate vel benignitate compositum est. Sic Christum vocabant Chrestum. Lactantius lib. 4. cap. 7. Sed exponenda huius nominis (Christi) ratio propter ignorantium errorem, qui eum immutata littera Chrestum solent dicere. Vocat autem Christum Chrestum nominatim Suetonius in Claudio cap. 25. Dicit ergo Iustinus: *Accusamur & deferimur tanquam χηστῶν, seu Chrestiani*; Atqui χηστὸν seu Chreston, nullam meretur accusationem; nullum odium: est enim idem, quod *bonum*, seu *benignum*. Pari modo cum Autolycus nominasset Theophilum χηστῶν, seu Christianum; respondit Theophilus, se in id vnum incumbere, ut sit ὡς χηστὸν, hoc est, *bonus & utilis*, non ἄχρηστὸν, ut erat Autolycus, hoc est, *inutilis*. Si quis ergo hanc totam rem diligentius considerare velit; facile animaduertet ἦτα eo tempore, aliter pronunciatum, quam iota. Nam si pronunciatum fuisset eo modo, quo effertur iam nobis, tum nihil interfuisset, siue ab Ethnicis Fideles, χηστῶν siue χηστῶν appellati fuissent. Idem enim exstitisset vtriusque vocabuli sonus, nec calumniae occasionem Ethnici habuissent, si Græce dictio χηστὸν & χηστῶν non aliter sonuisset, quam dictio χηστὸν & χηστῶν.

Sed forte ideo iota & ἦτα vnius videbuntur soni, quod nonnulla, quæ Græce scribuntur per η, Latine scribuntur & pronunciantur per iota, ut παρακλητὸν, *paraclitus*; κύριε ἐλέησον, *Kyrie eleison*. κυρίως, *Cyrinus*. 2. quod quædam apud Græcos promiscue per η & iota scribuntur; ut σκήπτων, & σκίπων, *baculus, scipio*, quasi eiusdem soni ἦτα & iota essent. 3. quod Græca quædam per η scribi solita mutantur in iota cum ad Latinos transeunt, ut γονιτὸς, *genitus*, γονήτωρ, *genitor* ἀκὴ, ἀκῆς, *acies*. ἐσθῆς, *vestis* ληρῶ, *ληρεῖς*. deliro ναυήγον, *naufragium*. Latine, tamen si alia notione, *nauigium*. 4. Quod Latina nonnulla per i scribi consue- ta, à Græcis scribuntur per ἦτα, ut *Comites*, κόμητες. *Numi- tor*, Νομήτωρ.

Verū ad hæc in promptu est responsio. nā consuetudo il- la Latine scribendi & efferendi per iota, quæ Græce scribun-

ture



turper ἦτε recentior est, & pronunciationis confusæ effectus. Quis enim dubitet veteres Latine scripsisse & enuntiasse, *Paracletus*, *Kyrie eleeson*, & ineptus sit, qui contra hunc, ut sic dicam, usus torrentem brachia tendere, & ex nouitio isto more aliquid aduersus veram & germanam distinctionem ἦτε, & ἦτε definire velit. Illud κυρλίω-  
 & à plerisque vertitur *Cyrenius*, ut η vertatur in elongum. Nam qui transferunt *Quirinum*, aut *Cyrinam*; illi ad Latinum nomen *Quirini*, aut *Cyrini* respiciunt, quod in medio per iota semper scribitur ( apud Plutarchum & alios Græcos, κυρλίω, κυρλίον, κυρλίος, *Quiritas*. Apud Dionem κυρλίτω ) quasi Evangelista scripsisset κυρλίς ἡγεμὸν δόν-  
 τω, non κυρλίς, aut quasi κυρλίω, & κυρλίω sint vnum & idem. Ad secundum respondeo, veteres Græcos aliter pronuntiasse σκήπων, & aliter σκίπων, sicut certum est eos aliter pronuntiasse ἦτε quam iota. Ad tertium dico, nec soni, nec litterarum in deriuationibus semper rationem haberi. Mutant & inflectunt linguæ, quæ ex aliis linguis sumunt, prout opportunum videtur: & si hic probandi modus aliquid efficeret, nullius negotii esset ostendere, u Græcum sonare ut u Latinum; quia sæpissime in u mutatur. Ad quantum respondeo, 1. non constare vitrum huiusmodi scribendi ratio sit ab ipsis Auctoribus, an vero ab imperitis librariis, nam licet apud Plutarchum legatur νομήτωρ, νομήτωρ, quis tamen scit, num scriptura hæc manarit à Plutarcho, an ab illo iota & ἦτε permiscendi abusu? Certe apud alios, nominatim apud Halicarnassæum libro 2 legitur & scribitur Νομίτωρ. 2. Græcos sæpe non esse affectos Latinarum litterarum vim & sonum; Quare in eas mutasse, in quas, si quantitatem & potestatem litteræ Latinæ spectes, minime oportuit. Vox *superbus* prima breui constat, ut & vox *Numa*, & tamen apud Plutarchum, & alios occurrit passim Τακύνι σου παρ, Νεμῆς, & id genus alia. An propterea & Græcum Latino u breui & sono, & tempore æquale conscribimus? cum alii Græci non scribant Νεμῆς, sed Νομῆς.

Hactenus dictum sit de ἦτε, ut est littera. Addamus nunc aliquid



aliquid de eadem, ut est literarum affectio, seu nota adspirationis, de qua functione Athenæus lib. 9. οἷμαι δ' ἢ Ἀλφ' ἢ ἡ συχέει τυπώσαι τοὺς παλαιὰς δισσέειν, διότι καὶ ῥωμαῖοι πρὸ πάντων τῶν δισσισμῶν, ὀνομάζοντες τὸ ἡ ἀπὸ γράφουσι. *Arbitror veteres per literam η aspirationis notam formasse. Quocirca Romani omnibus adspiratis vocabulis η præscribunt. Apud Romanos permanet integra; apud Græcos iam dudum defuit integræ usus. Ex Golzii antiquitatibus adferunt integræ exempla duo ΗΥΨ ΑC Latine Hypsai, nomen fluvii, & ΗΙΠΠΟΝΙΚΩΝ, Hipponicon. Olim nota hæc in duas partes secabatur in hunc modum ἥ ἥ, quarum illa spiritus asperi, hæc lenis signum erat. Exemplum ex nummis adducit Mezerchus, ἥ ΗΓΗΑΚΛΕΩΝ, & ἥ ΗΠΑΚΑΗΤΩΝ.*

## CAPUT V.

## DE IOTA.

**I**Ota hodie sonum suum utcumq; incorruptum retinet; felicius quibusdam aliis, quibus hæc fortuna non obtigit, nisi infelix censeretur, quod in ius possessionemque suam etiam reluctans, admittere debuerit tot vocales & diphthongos, ut η, υ, ει, οι, υι, η, ut multo maiore iure litteram illis intendere, diemq; dicere possit, quam sigma apud Lucianum litteræ T. Quainuasiōe & impressione in ditionem τῶν ἰωτῶν factum est, ut omnia sint plena iotacismis & amphibolis, dum auditu quis nequit discernere, hocne dicatur an illud, Num κρινὸς, communis, an κυνὸς, canis, an κείν, ille, λιμὸς, fames, an λοιμὸς, pestis, χριστὸς, Christus, an χρεῖς, bonus, benignus, κυνόμενα, canina musca, an κρινόμενα, communis musca. quod in Exodo & Psalterio ab interprete positum esse arbitrabatur Beda lib. de Orthographia, sed similitudine soni per incuriam accidisse, ut κυνόμενα pro κρινόμενα scriberetur. Ex cuius verbis hoc præcipue observa, non novam esse hanc literarum confusionem, cum iam tempo-  
L ribus



ribus Bedæ & eundem sonum habuerint communi loquentium consuetudine. Etiam S. Hieronymus ad Suniam legit *Cænomyam*.

Porro cum iota sit anceps, necessariò dicendum est, habuisse olim duplicem saltem sonum, ut supra de alpha dicebamus; alterum exilem, alterum densiorem, & duplici iota æqualem. In i Latino notat Lipsius sonum triplicem lib. de pronunciat. ling. Lat. c. 8. duos in breui; vnum in longo, quod olim non geminabatur, nec apice notabatur, sed longius producebatur u Ita, u Ito amicus, regina, nec aliud insonabat, quam EI diphthongum. Hinc *captiuei, amicei, castreis, socieis*, pro *castris, sociis*, & centena talia: Et si inter omnes non conuenit, quando & ubinam EI scribendum sit loco longi I, de quo vide Lipsium.

Huc pertinet illud Ciceronis ad Pætum, *cum ternei* (termini) *loquimur, nihil flagitii est, cum binei, obscænum*. Respicit enim ad Græcum βινει quod Latino *bini*, seu binei ex amissim respondet. Itaq; I longam tantummodo vocalis erat specie; vi & potestate diphthongus ei, quia duplicem sonum simul vno & eodem tempore edebat, quod proprium est diphthongorum, non vllius simplicis literæ. Sed quidquid sit de i longo Latinorum, iota certè Græcorum etiam productum, nunquam habuit sonum diphthongi ei. Reprehendit Nigidius apud Gellium lib. 19. c. 14. Græcos, quod ei nulla coacti necessitate in usum receperint, cum iota vicem illius supplere potuerit. Verum non malè Græci, quidquid doctus ille Figulus fingat.

## CAPUT VI.

## DE Ο μικρῷ.

UT olim dicebatur ei, ita ο appellabatur OY, & ut in illo τὸ ψιλόν est additamentum recentius, ita & in hoc τὸ μικρὸν. Liquet id ex libro decimo Athenæi, ubi quinta vocalis dicitur appellari OY. In eodem libro exstat aliud huius rei exemplum in hoc disticho, quod Thra-



Thrasymachi Sophistæ monumento inscriptum erat.

Τούνομα θῆτα ρῶ. ἄλφα. σάν. υ. μδ. ἄλφα.

χι. ε. σάν

Πατέρις χαλκηδών. ἡ δὲ τέχνη σοφία.

Quibus literis significatur θρασύμαχος, ubi literam penultimam vides & dici, quæ est illa ipsa, cui nunc nomen δ μικρῶ. Vitiosè legitur prædictus versus apud Athenæum.

Τούνομα θῆτα ρῶ. ἄλφα. σάν, μδ. ἄλφα. χι. ε. σάν.

Corrigunt quidam.

Τούνομα θῆτα. ρῶ ἄλφα σάν, & μδ ἄλφα χι ε, σάν.

Sed magis placet lectio Mureti & aliorum, ut sit υ, nam quinta litera in nomine θρασύμαχος non est ο, aut omicron ypsilon, sed tantummodo ypsilon. Quare hoc tantum in versu collocatum oportuit, & cum penultimo loco ponatur & pro ο micro, probabile non sit quinta statione accipi pro ypsilon.

De eodem more Eustathius in Iliad. lib. 5. qui cum dixisset à priscis vocatum ει περ σὶ θ εἰσι τὸ ἰώτα, ἵνα τῇ Διὶ δὲ φθόγγῳ ἐπέσῃ δυνάωνται περ πάν κὴ αὐτὸ, καὶ τὰ κὴ τὰλλα ποιήσῃα, addentibus iota, ut extensione per diphthongum, possint & ipsum circumflectere, sicut alia quoq; elementa: subiungit. Τοῖς τοῖς ποιεῖσι κὴ ἐπὶ δὲ μικρῶ ο, κὴ ἐκείνο ᾧ Διὶ τὴν αὐτὴν αἰτίαν & λέγουσιν. Tale quid faciunt etiam in paruo ο, nam & illud eandem ob causam vocant ε. Et hac litera ε seu οΥ pro ο posita, putat Muretus, & alii viri docti, Philippo Regi respondisse Lacedæmonios, & eo respexisse Ausonium his versibus.

*Vna fuit quondam, qua respondere Lacones,*

*Littera, & irato Regi placere negantes.*

Alii ita legunt & referunt hunc Ausonianum versum.

*Vna est in nostris, qua respondere Lacones*

*Littera, &c.*

Sed quæ hæc ex nostris literis litera? Lipsius dicit u, hæc enim idem valere, quod ε. Alii sic legunt.

*Vna fuit tantum, qua respondere, &c.*

Multi multa hic disputant & se mutuo refutant. Mihi

L z

prima



prima lectio maxime placet; putoq; parum referre, siue quis dicat à Laconibus & responsumq; esse; siue OY, quia nudū & rescribi non poterit, cum nudum & ut nunc à nobis scribitur negandi vim non habeat. Oportet igitur rescriptam esse litteram, quæ negandi vim haberet; cumq; voce & negandi vim habente conueniret, quæ non est alia, quam OY seu &, si tamen hoc posterius signum tunc in vsu erat: Littera una erat, ut dicit Ausonius, quia signum erat literæ & quæ utique una littera, & simul etiam cum aduerbio negatiuo & seu OY specie & figura conueniebat. Hinc iocus cuiusdam apud Plutarchum lib. de vitiosa verecundia, qui dicere solebat, Asiaticos vni homini seruire, quod syllabam & pronunciare nequirent, innuens scilicet, nil aliud ad seruitutis iugum excutiendum necessarium illis fuisse, quam ut dicerent & hoc est, *nolumus seruire*. Ausonius.

*Hoc itereti argutoq; sono negat Attica gens &.*

Ergo ut in viam regrediamur, & olim dicebatur &, seu, quod idem, OY. quod testatur insuper Fragmentum quoddam lib. II. Athenæi seu Excerptum apud Scholiasten Athenæi lib. II. c. 4. ὅτι πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ & αὐτὶ τὸ στοιχεῖον ὡς ὁμοῦ ἔχοντο. παρὰ πλησίον ἢ καὶ τῷ εἰ αὐτὶ τὸ & Omnes veteres utebantur & loco literæ &, similiter & signo & loco literæ &. Bene hæc seu Epitome, seu fragmentum. Sed quomodo hæc, oro, cum Athenæi verbis coherent lib. II. vbi sermo de scypho quodam, in quo nomen διονύσου exaratum erat, quod in Omphala Agæi Tragicæ vnus Satyrorum hac Periphrasi significat. *Dudum est cum me Dei scyphus vocat. Litteram ostendens Δ. I. & tertiam O. Etiam N adest, neq; abest Υ vltterius predicant* (Dei nomen) *duæ literæ Σ & O, ut plenum sit διονύσου nomen, vnum à fine v desideratur. ἐν τούτοις λείπει τὸ υ στοιχεῖον.* inquit Athenæus. *Hic deest littera υ. ἐπὶ πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ ὁ ἀπεχρῶντο, & μόνον ἐφ' ἧς νῦν πάντες αὐτῶν ὡς, ἀλλὰ καὶ ὅτε τῷ διφθόγγῳ Διφθόγγῳ σημαίνει Διφθόγγον γράφουσιν.* Omnes Achai utebantur &, non solum ea facultate, qua nunc pollet, sed etiam cum diphthongum significaret, & tantum pingebant. Ex Epitome & fragmento legunt alij ἀρχαῖοι, antiqui.

Cate-



Cæterum, ut ἀρχαῖοι pro ἀχαιοὶ legamus, quomodo hæc subsistunt cum sententia Epitomes? Epitomes dicit, & vere dicit, omnes antiquos & vrsupasse loco litteræ ο. Ipse Athenæus ait, veteres non tantum vrsos esse littera ο. cum ea vi valeret, qua nunc, sed etiam cum diphthongum significaret, ο ergo signum diphthongi erat, ο inquam solum & nudum, non adiecta littera, quæ οψιλὸν dicitur. Hic enim est sensus Athenæi, explicantis versum Achæi, in quo erat διονύσου pro διονύσου. At alii hoc negant, litteramque ο scriptam signatamque à veteribus tradunt per & seu ΟΥ. Non igitur & significabatur ab ο, sed potius ο ab &. nam veteres & vrsupabant pro ο, non ο pro &, ut supra ostensum, indicatque manifeste Epitome, cuius sententia vera nescio quomodo cum verbis Athenæi conciliari possit, hic enim non de pronuntiatione agimus, sed de descriptione, veteresque & pro ο, non ο pro & scripsisse affirmamus; cuius rei exemplum adfert etiam Sylburgius ex Manuscripto Codice Zosimi, ubi Θεόδωρος quatuor primæ designantur litteræ. *Φανλῶναι ἐν τῷ τρίποδι γεγραμμένα ἦν τε κὶ εἰ, κὶ ὁ δὲ τούτοις δέλτα.* Apparuisset in tripode δ, ε, &, & præter hæc alia delta. Vbi ε pro ε, & & pro ο ponitur, ut sit in nomine Θεόδωρος. Quid si quis locum Athenæi capiat non de descriptione, sed de pronuntiatione, quasi ο sonuerit ut ου, non modo cum diphthongi vim, sed cum suam propriam vim haberet. Sed hoc dici non potest; quia versus Achæi de descriptione agunt, non de pronuntiatione; nam ut in Epitaphio Trasmachiloco ο erat ου, sic in populo illo litterato, cuius Achæus in suis versibus meminit, scriptum erat ο pro & διονύσου pro διονύσου.

Ego, quia hic me non expedito, gradum ad sonum facio, qui olim duplex erat, cum ο brevis & longæ vocalis officio adhuc fugeretur, exilis & crassior, sicut in alpha, posterior ο geminato indicabatur, ut & in Latino. *Moorem, moorus*, pro *morem, morus*. Sed & ο productum ita signabant ο ο teste Mureto, unde effectum est ad scribendi celeritatem illud, quo hodie utimur ω. Et nec ω nomen *μείζω*, nec breue illud ο nomen *μικρόν* adiunctum habebat



etiam Platonis tempore, quod disertè in Cratylo scriptum, Veteres ergo, nondum reperto  $\omega$ , scribebant  $\epsilon\rho\theta$ , vel ceriè  $\epsilon\rho\theta$  pro  $\epsilon\rho\omega$ , τῷ  $\rho\theta$ , inquit Plato, ἀντὶ τοῦ  $\omega$  ἡχρώμεθα.  $\theta$  enim utebatur pro  $\omega$ . Sed & ante inuentum  $\omega$  scribebant τοῖ λαοῖ, pro τῷ λαῷ, inquit Muretus. τοῖ λόγῳ, pro τῷ λόγῳ. Unde apud Euripidem in Phœnissis τοῖ ἐκγόνοι, pro τῷ ἐκγό-  
νω.

Quidam tradunt  $\theta$  micron sonuisse olim inter cætera etiam ut u Latinum; hinc Græcos nomina Latina per u scripta, exprimere litera  $\theta$ . *Publicola*, *Numitor*, *Fabius*, ποπλί-  
πύλας, νομίτωρ, φαβίθ, & Latinos  $\theta$  Græcorum suo u ἡλυτ-  
σεύς. *Vlysses*. Verum hæc rem non faciunt certam: quia in translatione vocabulorum sæpè non tam eiusdem soni, quàm, ut sic dicam, assonantis soni, quantitatis, temporis, & commoditatis ratio habetur. Quia enim *Numitor*, v.g. prima breui, & tempore breui constat, scribi à Græcis non potest, seruata, ut par est, eadem quantitate, & eiusdem temporis mensura, nisi per  $\theta$  aut  $\nu$ , nam si per  $\nu$  suo nativo sono præditum, exprimerent, nec à quantitate, nec à temporis ratione deflecterent, ut fieri necesse esset, si  $\theta$  adhiberent; quod secundum hodiernam pronunciationem nostro u respondet. Propterea Græcis est *νυμῶς*, *Numa*, & *νομῶς*, rarius *νυμῶς*. Et cum Græcos nōmino, non istos recentiores, quorum pronuntiatio corrupta & vitiosa, sed antiquos, intelligo: Nam isti recentiores omnia confundunt sine scrupulo; etsi veteres quoque satis multum in his sibi permiserunt.

## CAPVT VII.

## DE Τ ΨΙΛΩ.

Vocabulum  $\psi\iota\lambda\delta\upsilon$  literæ huius appendix est, qua olim carebat, ut supra de  $\epsilon$  &  $\theta$  ex Platone, & Athenæo dicebamus. Pronunciatur hodie ut Iota, certum, quod contra veterum morem & legem, quibus sonabat, ut u Latinum *tenus* & *exile*, unde &  $\psi\iota\lambda\omega$  cognomen. Latini hanc



hanc literam non habent, aut si habent, non habent ut ciuem, sed ut peregrinam, cum litera u & vicem & vocem eius subeat. Terentianus.

*Tertiam Romanam linguam, quam vocant Y non habet.*

*Huius in locum videtur u Latina subdita,*

*Qua vicem nobis rependit interim vacantis Y.*

*Quando communem Latino reddit & Græco sonum.*

Nec specie valde ab it nostrum u seu V, à figura v. Quemadmodum autem u Latinum, instar aliarum vocalium latuū habet sonum, cum producitur; tenuem, quando corripitur, ita & Græcum Y cum breue est, accedit, imò & exprimit u breue & tenue; ut tunc vere ψιλὸν dici possit; & cum longum est seu quantitate, seu tempore, seu ambobus; accedit imò & exprimit u Latinum & crassum; nec magis dici potest tunc ψιλὸν, quam Eta seu E longum dici possit ψιλὸν, quia si ψιλὸν esset, longum non esset. Quocirca in his vocibus κυπάρισσος, κύμινον exiliter pronuntiatur, quippe corruptum, ut & in his Latinis u Latinum, Cupressus, cuminum. crassius & latius in his: μῦς, σῦς, ὕς, ut in his Latinis mus, sus, quasi muus, suus.

Sed hinc existit dubitatio, cur ψιλὸν, non sit gemina litera sicut εψιλὸν. Videtur enim dici ψιλὸν ad distinctionem cuiusdam alterius v, sicut & dicitur ψιλὸν, ut distinguatur ab Eta, & ο μικρὸν, ut secernatur ab O magno. Respondeo negari non posse, quin ut E & O duplicata sunt, sic etiam duplicari potuisse v, imò non tantum v, sed & iota & alpha, ita ut alterum diceretur ψιλὸν, alterum διπλὸν, seu μέγα, seu quocunq; alio nomine, illudq; in breuibus, hoc in productis syllabis locum teneret; at cur hoc factum non sit, alia causa reddi nequit, quam quia priscis illis necessarium non est visum breues literas v, & iota, & alpha ab iisdem cum longæ sunt, figuris & notis diuersis discriminare, ut in E & o accidit; licet reuera discriminari potuissent; & potuisse satis indicat vox ψιλὸν ad v adiecta: vψιλὸν enim ab alio quodam distinguit, nempe à lato, crasso & producto; licet propriam & separatam sedem in Alphabeto non obtineat.



Porro *υ* pronunciandum esse, ut *u* Latinum, multis argumentis tum ex auctoritate, tum ex ratione ductis ostēdi potest. Nam primò id tradunt veteres. Ex quibus satis erit aliquos nominasse. Primus esto Terentianus Maurus, cuius versus paulò ante dedimus. Secundus Verrius Flaccus, qui, ut Velleius Longus docet, existimavit eandem esse apud nos *u* literam, quæ apud Græcos *υ*, nam illi *κῦμινον*, nos *Cuminum*, illi *κῦπρεσσον*, nos *cupressum*. Illi *κυβερνήτω*, nos *gubernatorem*. Idem probatur ex Græcis nominibus, quæ in *υ* exeunt, ut *Ἡσδύς*, *Πηλδύς*, *Theseus*, *Peleus*, ubi *υ* Græcum mutatur in *u* Latinum. Deinde Græci *υ* breue Latinum plerumq; reddunt per *υ*, si quando Latina vocabula suis elementis pingunt, ut *Romulus*, *Ῥωμύλος*, *Numa*, *Νυμῆς*. Etsi me non fugit Græcos, præsertim posteriores *υ* Latinum, etiam breue, crebro per *υ* reddere. Adhæc ipsi Latini *υ* Græcorum exprimunt per *u*, ut iam ex Vetrío Flacco audiimus, quanquam fateor, hoc argumentandi genus non esse admodum efficax & firmum, ut sub finem capitis superioris notabamus.

Validior est ista ratio. Si *υ* idem valeret, quod Iota, tunc Latini non carerent *υψιλω*, quia Latinum *i* æquiualeat Græco Iota; sed Latini carent *υψιλω*, ut tradunt veteres Grammatici, inter quos Q. Terentius Maurus. *υ* literam superuacuum Latino sermoni putauerunt, quoniam pro illa *u* cederet: sed cum quadam in nostrum sermonem Græca nomina admissa sint, in quibus euidenter sonus huius literæ exprimitur, ut *hyperbaton*, ut *hymnus*, & *hyacinthus* & similia in *υ* idem hac litera necessario utimur.

Secundò, Nisi *υ* distinguatur sono à Iota, *ἦτα*, *οι*, *ει*. & aliis, necesse est omnia amphiboliis & ambiguitatibus impleri. Quis enim intelligat, si audiat *τοῦτ' ἐστὶν ἡμέτερον*, num velit dicere: *hic est vester*, an *hic est noster*, si *υ* pronunciatur ut *ἦτα*, & hoc ut Iota. *πᾶτερ ἡμῶν*. *Pater noster*, an *Pater vester*. Si quis audiat hanc vocem *οἶν*, ex sono diiudicare non licebit, quo caractere sit signanda; num *υ*, num *ει*, num *οι*, num *η*, num *υι*. quandoquidem omnibus his vocalibus & diphthongis hodierna pronun-

ciatio



ciatio eundem sonum vitiosè tribuit. Nec inde rectè colliges *υ* sonare ut *Ιοτα*, quod pro *sylla*, v. g. *syllaba* & *inclytus* scribi aliquando soleat. *Silla*, *sillaba*, *inclitus*, nam fortè hæc scribendi ratio non est adeò antiqua, & potius à sculptura, aut sculptura, quam ab eruditorum schola: deinde, quia Latini vocabula, quæ ex Græcia petunt, iure suo nonnihil immutare possunt literis & sono. Quis dubitat, quin Latinum *Calix*, descendat à Græco *Κύλιξ*, ut & *Nox* à *νύξ*, *Mola* à *μύλη*, & tamen hæc omnia non scribunt, aut efferunt Latini per *υ*, sed per alias suas literas.

Nec mihi probatur illa quorundam ratiocinatio, qui literas eundem sonum ideo duntaxat habere volunt, quod altera pro altera in eodem vocabulo poni soleat, uti & *υ*. *υ* & *ο*, quia scribimus & dicimus *optimus*, *optumus*, *maximus*, *maxumus*. *Frundes*, *frondes*, *dederunt*, *dederont*, *seruus*, *seruos*. *Servum*, *servom*. Ego hanc & similes varietates potius ad varias dialectos referendas censeo; ex quibus eundem literarum sonum nullus iure extundat, alias apud Græcos quoque *η* & *α* eodem sono constarent; quia *φήμη* Doribus est *φάμη*. item *αι* & *ων*, quia *θαῦμα*. Ionibus est *θῶμα*. Habuisse autem Latinam linguam iam olim suos dialectos, quis tam imperitus est, qui ignoret? Nec consistit Dialectus in solis literis eiusdem vel assimilis soni, sed prorsus etiam diuersi, quod notius est, quam ut pluribus sit ostendendum. De figura *πυ* sic Ausonius.

*Pythagora binium ramis patet ambiguus Υ.*

Virabatur olim à Latinis, ut & *φ*. Hinc apud Ennium, teste Cicerone in Orat. *Purru*, seu *Burru*, pro *Pyrrhus*. *Fruges* pro *Phryges*.

## CAPVT VIII.

## DE Ω MAGNO.

Ω *Μέγας* nomen hoc accepit comparatione ad alterum, quod *μικρόν* dicitur. & ut *τὸ μέγαν* addi-

L 5

tamen



tamentum quoddam est ad *o*, ita & τὸ μέγα ad *ω*, ut ex Platone & Athenæo liquet; valetq; duplex *oo*, unde & sonus eius crassior, & densior. ῥῶμη, quasi ῥοόμη, μαῖος, quasi μορος, βωμός, βοομός. Quod & in Latino *o* longo vsuuenit, ut in his exemplis, *uocem*, *ooram*, *prætoorem*, pro *vocem*, *oram prætoorem*. Latium *o* adsonare *ω* Græcanico magno & eorundem *o* exili docet etiam Aufonius isto versu.

*Ω quod εἶναι Græcum, compensat Romula vox o.*

Sic enim Lipsius recte emendat. Nam aliorum lectionem, quæ feras? *ω quod εἶναι Græcum*, nam quis vnquam dixit Latium *o* habere sonum Græci *υψιλον*. Alius: *ω quod εἶναι*. Nihilomelius. Non enim verum planè *o* Latiale valet, quod & Hellanicum. In Apocalypsi cap. 1. dicit Deus seu Christus de se. Ego sum *α εἶναι ω*, ἄλφα & ὦ τὸ ἀρχὴν εἶναι, inquit Arethas, ὅτι καὶ τὸ ἄλφα ἀρχὴ τῶν γράμματος στοιχείων, & ὦ τὸ τέλος τῶν ὄντων. *A Alpha eo quod sit principium. Quia εἶναι alpha literarum principium est, ω, quia finis rerum.*

## CAPVT IX.

DE DIPHTHONGIS ET  
PRIMO DE *αι* & *αυ*.

**D**iphthongos interpretatur Lipsius ad verbum *binocales*, si nouiter, nunquid ineptè? Ex ex vocalibus binis sic conflatae sunt, ut transeant in sonum vnum, sed in quo reliquiae soni veriutque. Hæc enim ratio diphthongi est (loquor autem de diphthongo proprie dicta) ut duplicem sonum edat, & si duplicem sonum non edit, iam non est diphthongus, sed monophthongus, atque adco vocalis. Et sonos utrosque iungit, ait Terentianus, unde diphthongos eas Græci dicunt Magistri: quod due iunctæ simul syllabam sonant in unam, utq; gemina prædita semper effectum duorum temporum custodiunt. In harum pronuntiatio grauiter peccatur, ut & in effatu quorundam vocalium,



calium; neque recens est hoc vitium; sed ab aliquot seculis; quippe iam tempore Eustathii ubiq; inter Græcos diffusum & propagatum, quod clarum ex commentariis eius in lib. 1. Iliad. ad illum versum ὃν βεράρεων καλέεσσι θεοί. Vixit autem Eustathius anno à nato Christo M.C.LXXX. si vera scribit auctor Apologetici pro veteri ac germana linguæ Græcæ pronuntiatione.

Imo iam tempore Constantini Copronymi Imperatoris legitimam pronuntiationem ex usu abiisse docet lepida illa de Niceta Pseudopatriarcha Constantinopolitano, homine indoctissimo historiola apud Glycam, p. 4. Annal. qui *cum aliquando Euangelium in cellula sua recitaret, pro eo, quod dicendum erat; Ex Euangelio secundum Matthæum: pronunciauit ex Euangelio secundum Matihaium. Ibi quodam ex adstantibus subiiciente, noli ac diphthongum diuidere, nugaris ait, quadam cum iracundia. nam quæ geminos & trinos sonos habent, anima mea vehementer odit.* Vellem verba Glycæ reddere liceret, non interpretis, nam cum Nicetes ille Græce legerit, utique κατὰ δαίον, legit; ut utraque diphthongi vocalis audiretur. Quod cum repugnaret mori, qui tunc inualuerat, monitus est à quopiam ne diphthongum αἰ diuideret, nisi quis contendat ideo monitum fuisse, quod ex trisyllabo κατὰ δαίον, fecerit quadrisyllabam, soluta diphthongo, quasi κατ-δαίον.

Sed ut ad institutum veniamus, pronunciatum hodie αἰ ut e, sicut apud Latinos æ, quis ambigat, quin vitiosè? Quomodo enim diphthongus est πᾶς, aut *Muse*, si sonat illud ut πῆς, hoc ut *Muse*? ubi hic geminus sonus, qui si absit diphthongus non erit? Quis igitur verus & legitimus huius diphthongi sonus? Plerique dicunt, quod is, qui in his voeibus, ut Latine nunc efferuntur, *Maia*, *Aiax*. Ita enim efferimus, ut tam a quam iota audiatur, nec tamen duas, sed vnā syllabam constituent. Germani multi idem obseruant in voce καῖσαρ, quæ illis *Kenser*. Verum clarissimo Lipsio videtur sonus hic subrusticus, nimisq; vastus, putatq; molli<sup>o</sup> olim sonuisse, ita ut nec α integrū, nec iota integrum, sed quid-



quiddam ex utroque mixtum & temperatum audiretur, qualis sonus in hac Gallica voce *paix*. *pax*, *Fais*, *onus*. *iamais*, *nunquam*. Vsurpabant veteres Latini diphthongum Græcam *ai* loco *æ*, hinc in antiquis monumentis *Aimilia*, *Aira*, *Ailius*, *Paitus*, *Laitus*, & id genus alia pro *Æmilia*, *Ara*, *Ælius*, *Patus*, *Latus*. Et apud Virgilium *Aulai*, *pi-ctai*, pro *aula*, *picte*. apud Lucretium, *patriai*, & pluritalia, cro *patria*. Quia in re varia olim consuetudo fuit, ut docet Quintil. lib. 1. cap. 12.

Cæterum *ai* pronunciandum esse ut *e* probat Stephanus Vintoniensis in Epistola ad Anglum quendam, ex Theone Sophista, qui pro exemplo amphiboliæ hæc duo adfert, *αὐλητῆς πσοῦσαι ἔσω δημοσία*. Et, *αὐλητῆς πῶς ἔσσι ἔσω δημοσία*. Vbi *πσοῦσαι ἀδιαίρετον*, & *πῶς ἔσσι διηρημένον* eodem modo sonant, alias nulla amphibolia esset. Sed alii non male notant ambiguitatem non in hoc verbo consistere, sed in illo *αὐλητῆς*, ut coniunctim sit *αὐλητῆς*, diuisim *αὐλή τῆς*. Idque probant ex Laertio in vita Zenonis, ubi ad hoc dictum alludit, *αὐλή τῆς πῶς τῶκεν*, & ex Quintiliano lib. 7. cap. 9. quo loco ambigui genera his verbis, præter cætera enumerat. Alterum est, in quo alia integro verbo significatio est, alia diuiso, ut in *genua*, *armamentum* & *cor vinum*, ineptæ sane cauillationes, ex quo tamen Græci controuersias ducunt, inde *αὐλητῆς* illa vulgata, cum queritur, utrum *aula* quæ ter ceciderit, aut *tibicina* si ceciderit, debeat publicari. Ergo scriptura illa in Theone *πῶς ἔσσι* deprauata est, & utroque loco legendum *πσοῦσαι*, ut ambiguitas constituatur in voce *αὐλητῆς*. Hæc de *ai*.

Ad *au* quod attinet, efferenda ea est eo sono & modo, quo effertur in his Latinis vocibus, *aura*, *aula*, *austerus*, *Taurus*, *Caucasus*, *Claudius*, *Faustus*, *Paulus*. Scribit Laetantius lib. de opificio Dei, cap. 8. vocem dici à Græcis *αὐδῶ* ab *audir* per immutationem literæ, & hinc *aures* velut *aude* esse nominatas. Ex quo perspicuum fit, *au* tunc pronunciatum esse, sicut nunc *au* effertur in dictionibus *aureis* & *audio*. Nec obstat nobis locus ille Ciceronis lib.

2. de



2. de Divinatione ; Cum Marcus Crassus exercitum Brundisii imponeret , quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat. Dicamus si placet, monitum ab eo Crassum, caueret ne iret, non fuisse perituum, si omini paruisset : quas si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt observanda. non obstat inquam iste locus, quia verbum *Caue* non efferebatur tunc eo modo, quo nunc à plerisq; ferri solet, quasi esset *case*, sed ad eum saltem aliquatenus modum, quo in ipsa voce *Cauneas*. Cæterum in voce *Cauneas* litera u pars diphthongi au, nam Græce scribitur καὺν & sicut in his vocibus *aura*, *aula*, ad cuius sonum illud u in verbo *caue* aliquo modo accedit, si recte pronuntietur.

## CAPVT X.

## DE DIPHTHONGIS

ei, æ, oi, &amp; 8.

**E**I hodie à iota non distinguitur, manifesto errore, cum diphthongus esse nequeat, nisi geminum sonum reddat. Sonare ergo debet ita, ut utraque vocalis, ex qua constat, audiat, qui fit in his vocibus, *ei*, *ei*, *Hei*, & in Germanicis *mein*/ *dein*/ *sein*. Latinis olim eadem diphthongus in crebro usu erat; ut diximus cap. 6. tam in nominibus, quam verbis, aliisque orationis particulis. Ut enim *ειδὸς* scribunt Græci, sic etiam *Eidus* Latini veteres. Itemque *Meiles*, *meilitia*, *peila*, apud Quintilianum & Victorinum citata ex Lucillio, quibus ex Golzii antiquitatibus adde *Deiua*, *Leibertas*, *deicito*, *Serueilius*. Sic inflexione parasyllaba genitiuo singulari, tabula vetusta scribit: *QVOD. EIVS. AGREI. LOCEI. PVBLICVM. POPVLEI. ROMANEI. ERIT.* Licet Nigidius apud Gellium casu multitudinis recto cum diphthongo scribi velit. *amicei*, *bonei*, at genitiuo singulari, *amici*, *boni*, absq; diphthongo. Fastorum libri: *triumphatum*



*phatum de Sabineis, de Etruscis.* In tertia declinatione antiqui lapides. *PRÆCONEI. VIATOREI. EIQVE OPEREI.* Lucilius. *Mendacei, furei.* Varro apud Charisium. *Eclogas ex Annales descriptas.* Et in accusatiuo plurali. *parteis, omneis, plureis, naueis.* Et in verborum finibus. *VIAM FECEI ET PONTEIS IN EA POSEIVI.* Imo tantus erat huius diphthongi usus, ut etiam loco *i* aut *e* brevis scriberetur. Hinc in priscis tabulis: *Leiteras, quæ sei, si-bei, ubei, seine,* pro *sine*: *AB FONTEI* pro fonte, de quibus legantur Lipsius & Sylburgius.

*E* *Y* vulgo effertur, quasi esset *eff*, cum tamen pronunciandum sit, ut pronunciatur in his vocibus *Eurus, Euripus, Eusebius, Teuto, euge.*

*O I* pronunciatur ut *iota*. *perperam.* Rectè Latine effertur à nobis in hac voce *Troia*: utraq; enim vocalis sonare debet, alias diphthongi nomen tueri nequit. Aliter sonet necesse est *λιμὸς, fames*, aliter *λοιμὸς, pestis*. Eadem diphthongo utebantur olim Latini pro *œ*. Hinc apud Martianum Capellam, *oinone* pro *oenone*: & *proilium* pro *prælium*, in vetusto quodam Plauti Codice, teste Mureto. Usurpabant etiam pro *u*. sic *oitier* pro *utier* apud Victorinum, *oitile* pro *utile*, *coirauit*, *moincipium*, *oisus*: *procurauit*, *municipium*, *usus*, apud Lipsium ex antiquis monumentis. Sic diphthongo Latina *œ* sæpe utebantur pro *u*. *mœnera, mœnera, mœros, muros, œsum, usum.* Ob has & alias causas existimat Lipsius diphthongos *oi, oe*, & vocalem *u* lenem respondentem τῷ *υ* ψιλῷ eiusdem fuisse soni, me tamen lente approbante. Nam quis non videt apud Victorinum legendum *Hulas*, non *Hoelas*, nisi quis etiam *Dsephoerus* pro *Dsephurus* apud eundem legendum contendat. *Litteræ peregrinæ sunt*, inquit Victorinus, *ζ & υ*, quæ propter Græcæ quadam assumptæ sunt, ut *Hylas, Zephyrus*. Quæ si non essent *Hulas* & *Dsephurus* diceremus. Et illud ex Dionis Nerone *πυθικαὶ νῆραι*, & *ποικιλῆι*, subsistit etiam cum diuersitate aliqua soni, quæ necessario admittenda, si *υ* vocalis tantum est & specie & valore; at *oi* vel *œ* diphthongus tam specie, quam valore, siue diphthongum ita enunciamus,



mus, ut utraq; vocalis plene & perfecte audiat, siue quod Lipsius magis probat, ita, ut ex utraq; vocali mixtus quidam sonus efficiatur.

OR efficitur hodie ut u malè. Quia diphthongus est: oportet ergo ut geminum sonum lenet: ita ut & o & u audiat, siue perfecte, siue mixtim & temperatè. Olim Latinis etiam hæc diphthongus in usu erat. Victorinus. *Nostri etiam quoties eiusdem soni longa syllaba scribenda esset, & ipsi u adiungebant o literam.* Inde scriptum legimus. *Lucretios, Nuntios, Loumen.* Sic apud Festum. *Oufentina tribus.* Et in veteri tabula: *INDOVCEBAMVS, COVRATO,* & id genus alia apud Lipsium. Aliquando ea ipsa diphthongus pro u breui posita reperitur. *SOVOM, SOVO, suum, suo,* de quibus consulatur Lipsius. Quod Græci pro u Latino scribunt suum s, id non iure factum, nisi quod postquam vocalium & diphthongorum sonus confusus est, omnia licuerunt. Esi video apud antiquos etiam scriptores hanc confusionem reperiri. Hinc *Numas*, Plutarcho est. *Νυμᾶς, superbus, οὐνῶς βῆ*, ubi u breue redditur per s & sono & tempore aduertante. Sed quis scit, num hæc ab ipso Plutarcho fluxerint? Nec illud placet, quod quidam tradunt, duplex u æquivalere τῷ s Græco, quia duplex u non bifor- mem, sed vniformem sonum habet; sicut duplex alpha, aut duplex e, licet habeat sonum repetitum seu geminatum. *Mu- rus* quasi *Muurus*, aut si loquuntur de u consonante, quod alioqui sonare aiunt, ut vv in his vocibus Germanis *wein/waal*/ id æquè à vero remotum, quia huiusmodi duplex vv est consonans, quomodo igitur sonum eius verè exprimere potest diphthongus?

## CAPVT XI.

DE DIPHTHONGIS IM-  
PROPRIIS.

**D**iphthongi improprie sunt istæ, æ, η, ω, ηυ, υι, αυ.  
De pronuntiatu trium priorum sunt, qui ita sta-  
tuant.



tuant, non aliter pronunciandas esse, quàm vocales a, longum, η & ω, punctulum enim siue iota subscriptum nihil prorsus ad pronuntiationem facere, ac proinde diphthongos esse non sono, sed scripture, imò ne scripture quidem, si rem penitus introspicere velimus; cum punctum non soleat in literis numerari; quamvis hoc non obftet, quia licet punctum non sit litera, literæ tamen vicem subit; hinc etiã iota subscriptum nominatur; & si literæ illius, quæ punctulum hoc subscriptum habet, diæresis fiat, in iota resolvitur, πατρώϊο, πατρώϊοι, μητρώϊο, μητρώϊοι, ut & tunc cum punctum non sub litera, sed ad latus literæ ponitur αῖ ωῖ.

Quærat quis: si punctum subscriptum nihil ad pronuntiationem conducit, quare igitur subscribitur? Nonnulli dicunt, id ideo fieri, ut casus eiusdem alioquin terminationis distinguat, ut τῷ λόγῳ dativum singularem à recto duali τῶ λόγῳ, τῇ ἡμέρᾳ à recto ἡ ἡμέρᾳ, & à duali τῶ ἡμέρᾳ, τῇ πρὶν à recto πρὶν. Item ut intelligamus, ex quibus vocalibus facta sit contractio. nam βοᾶς & βοᾶ cognoscimus propter iota subditum, contracta esse ex βοᾶεις, βοᾶει. Adhuc si iota subscriptum in ω proprium sonum edebat, causæ nihil apparet, cur Attici ad dativum huius pronominis τούτῳ adiecerint aliud iota, τουτῶϊ.

Alii admodum verisimile arbitrantur, etiam in his diphthongis iota olim fuisse pronunciatum; nec alio fine, quam pronuntiationis causâ has diphthongos repertas fuisse. Id colligunt primo ex ipso diphthongi, hoc est, *bisonæ*, nomine. Cui enim diphthongi dictæ, si sono nihil a b alpha simplici, aliisque distant? Secundo, quia olim non subcribebatur, sed iuxta apponebatur, minore tamen forma, & ferme dimidiata, quæ scribendi consuetudo in maiusculis duntaxat remansit. Liquet id ex Dionysio Halicarnasseo, libro de verborum compositione, & ex Quintiliano lib. 1. cap. 12. ubi dicit. *Literam non solum dativis casibus in parte ultima (Græci) adscribunt, sed quibusdam etiam interponunt, ut in λῆϊς ἡς.* Quibus verbis significat λῆϊς ἡς scripsisse veteres, non, ut nunc, λῆς ἡς.



λησῆς. Cur autem ad latus literæ iota adiunctum est, si penitus nullum sonum edebat, si omnino otiosum erat? ne tamen sonus propriarum diphthongorum cum impropriis confundatur, addunt, iota in his diphthongis valde obscure & exiliter efferri, & ad hoc significandum minuscule forma pingi, τῇ ἡμέραι, τῷ Αἰνείαι, τῷ λόγῳ, τῷ δῆμῳ, longamque vocalem præcedentem ibi dominari, & sua mora id efficere, ut iota non nisi tenuiter admodum sonet; non tam plenè, ut in diphthongo propria αι, & hoc discrimine caueri propriarum & impropriarum confusionem, præcipue in αι & αἰ.

Præterea sicut Græci vsurparunt duas istas diphthongos ηυ & ωυ, ut opponerentur mora & tempore his duabus ου & ου, nam in his prima litera brevis est, in illis longa: ita reperisse videntur η & ω, ut mora & tempore opponerentur τῷ εἰ & οἰ, quarum primæ literæ breues sunt, cum in η & ω, seu ηῖ & ωῖ sint longæ. Quemadmodum ergo in ηυ & ωυ, item ου & ου duplex sonus auditur, quia priores his posterioribus opponuntur, ita duplici sono constare debent η & ω, quia τῷ εἰ & οἰ opponuntur. Quod pari ratione de α affirmari posset, si certum esset alpha in αι semper esse breue; Tunc enim dicere liceret α opponi τῷ αι mora & tempore, ac proinde sicut αι, ita etiam diphthongum α duplicem sonum edere, qui à se mutuo non distinguantur, nisi quod in αι a exilius & lenius: in α crassius & latius sonat, utpote duplici tempore constans, in quo mora longior necessario facienda est, quæ etiam vim ῥiota subscripti aut adscripti infringit; ut longè exilius sonet, quam in αι.

Controuersia hæc admodum obscura est, cum in utramque partem rationes probabiles adduci possint. Nos rem in medio relinquimus, ut quod quis vult, id amplectatur. Hoc fixum ratumque maneat, ex diæresi diphthongi impropriæ, æquæ duas syllabas nasci, ac ex dissolutione propriæ. ἡρῆσας, ἡρῆσας, ἡρῆσας, ἡρῆσας, μινῆσας, μινῆσας. αἰδῆς, αἰδῆς, λησῆς, λησῆς. siue iota subscriptum sono aliquo præditum fuerit, siue non. In antiquis certe codicibus calamo

M

ckara-



exaratis hoc iota siue subscriptum, siue ad latus adscriptū, crebrò negligitur, quemadmodum & ab ipsis Græcis Doribus & Æolensibus; ut vulgò quidem Grammatici tradūt. Fortè quis suspicari posset, illud apud Virgilium *aulai* esse diæresin à Dorico τᾷ αὐλαῖ pro τῇ αὐλῇ, sed non est ita. nam *aulai* apud Virgilium est patrius casus, qui Doribus πᾶς αὐλαῖς, & ut maximè dandi casus esset, tamen cum diæresis illa non tantum vsitata sit in vocibus Græcis, sed & Latinis, ut *patriai*, *frugiferai*, dicere oportet, ac diphthongum Latinam olim scriptam instar Græcæ Αι. & ex eius diæresi *aulai*, *pietai*, & id genus alia prouenire.

Tres alias diphthongos ηυ υω diximus in Grammatica esse diphthongos proprias, quippe duplicis soni, si legitima pronuntiatio obseruetur. Annumerantur impropriis, propter Cacophoniam, ut quidam volunt. Ergo ηυ sonat non ut *if*, sed ut *eeu*. Hinc εὐχόμεναι, ηὐχόμεναι, *euchomeen*, non *ifchomin*. nec differt ab ε, nisi tempore & mora pronuntiandi. υ sonat ut *ui*, in hac voce *cui*, quando est monosyllaba. ἁρπυῖα, *Harpyia*; non *Harpia*, κυνόμια, *Cynomia*, non *Cynomia*. A Latinis seruari solet hæc diphthongus, *Harpyia*. Et si non rarò occurrit, *Harpya*, *Ilithya*, *Orithya*, pro *Harpyia*, *Ilithya*, *Orithya*. Sic & veteres Græci simplex τυ scribebant loco υ. Athenæus lib. II. παραπλησίως ἢ καὶ τὸ υ γράφουσιν, ὅταν καὶ κατ' αὐτὸ μόνον ἐμφωνῇται, καὶ ὅταν ζυγνυμένη πρὸς ἰῶτα. Similiter εϋ scribunt, tam cum per se effertur, quam cum iuncto iota. Et si longè alia hic Epitomes Athenæi lectio. παραπλησίως ἢ καὶ τὸ εἰ ἀντίθετε.

Ωυ Ionicis scriptoribus frequens est, ut ἰωδμεν pro ἰαδμεν, ὠυτὸς pro αὐτὸς, & id genus alia. Profertur ut ε, sed sono vastiore quasi οου, non of, ut vulgus, nec aliter nisi tempore ab ε discrepat.

Finio de diphthongis, si hoc adiecero Orum Grammaticum Alexandrinum, qui Constantinopoli docuit, inter cætera ingenii sui monumenta reliquisse itidem commentariolum περὶ τῶν διφθόγγων, teste Suida, & ὁρθογραφίαν περὶ τῶν διφθόγγων. Et Messala quosdam totos libros

non



non de verbis modò singulis, sed etiam literis dedit, ut scribit Quintilianus lib. I. c. 12. Et Adamantius Martyr, seu, ut alii vocant, Martyrius, integrum librum hoc titulo & argumento scripsit de u & b literis, cuius Excerpta in Cassiodori Orthographia exstant.

## CAPVT XII.

## DE CONSONANTIBVS, ET PRI-

MO DE βῆτα, γάρμα, δέλτα.

**P**Rima ex consonantibus occurrit βῆτα, quæ vulgò *vi-  
ta*, duplici errore, tum quia ῖ pronunciatur ut iota, tum  
quia β ut u, cum tamen efferendum sit ut b Latinum,  
quod Ipsa figura satis indicat. II. versiculus ille Ausonia-  
nus.

*Diuiduum Beta Monosyllabon Italicum B. Ideo diuiduū,*  
inquit Lipsius, quia media illius & prima parte effertur Be.  
Taceo ipsum nomen alphabeti. Quis enim vnquam audi-  
uit *Alphauitum*? III. Idem liquet ex illo Ciceronis ad  
Patum *bini* & *βίνα*. significat enim b in his duabus dictioni-  
bus eodem modo sonuisse. IV. Idem testatum sit ex Crati-  
no, qui βῆ, βῆ, ait esse vocem ouium, quarum certè est *bê, bê*,  
non *ve, ve*, multoq; minus *vi, vi*, Eustathius in Homerum.  
β. μιμητικὸν τῶν βοῶντων φωνῆς. β imitatur ouium vo-  
cem. Et Varro nostrum *Balare*, deductum ait ab illa oui-  
um voce be, hinc oues à Græcis potius βῆλα, *Bela*, quam  
μῆλα vocandas fuisse: vox enim earum, inquit Varro, non  
*Mee*, sed *bee* sonare videtur. Græcis βλήχον & γληχάσαι est  
*balare* ab eadem origine. V. non leue argumentum inde  
sumitur, quod Latina per b scribi solita, scribunt Græci per  
β. ut *Brutus*, βρεῦτος, *Tiberius*, τιβέριος, & millena ca-  
lia. Sic Latini voces à β inchoatas, quas ex Græcia sumpse-  
runt, per suum b signant, βῆς, *bos*, βραχίων, *brachium*, βαλάν-  
τειον, *balneum*.

Scribunt quidem Græci nonnulla per β, quæ Latini

M 2

per



per u consonantem, vt βιργίλιϞ, βαλήριϞ, σιβήριϞ, σίριβιϞ, βήριϞ, βεσιάριον, & plura talia, pro *Valerius, Virgilius, Seuerus, Seruius, Verus, Vestiarius*. Sed hæc veræ sententiæ nihil efficiunt. I. quia necessitate coacti ad β deueniunt, cum nullam habeant literam, quæ u consonantem exprimat. II. Licet & aliquo modo videatur exprimere, non tamen exprimit; vocemque necessario vna syllaba augget, cum nequeat esse consonans, & ἄλῃς enim trium syllabarum est Græcis hac scribendiratione, quod Latinis est duarum *Valens*. ὀκταέριϞ, quinarum, quod nobis quaternarū. III. Ipsi Græci illa ipsa nomina sæpe non per β, sed per & scribunt. & αλήριϞ, & βιργίλιϞ, & εἰσασιμῶς, & in Golzii antiquitatibus ter tantum CEBHPOC, duodecies CEOYHPOC scribitur, vt ait Sylburgius. Et apud Plutarchum σέρβιϞ & σερβίϞ, apud Strabonem βενεξέντον, apud alios βενέβεντον: vt satis appareat ipsos Græcos β non tam confilio, quam necessitate elegisse, nec etiam ad φ confugere voluisse, cum literæ huius sonus ab u consonante longissime abeat. Nec mirum Græcos aliquando β pro u substituisse, cum & Latini non raro id fecerint; hinc ex antiquis monumentis adfert Lipsius *VIBA, SIBE, CIBICA, CABATOR, PROBINCIA, VNIVERSVS*, pro *Vina, Siue, Ciuitica, Cauator, Prouincia, Vniuersus*. Item u pro *B.VA-SE, VENEMERENTI, DANVVIVS*, pro *base, benemerenti, Danubius*. Nec etiam illud obstat, quod Latini Græca quædam per β scribi consueta, cum in Latium transferuntur signant per u consonantem, vt βία, βίος, βιοῶ, *vis, vita, viuere*, & apud Varronem, *ver*, ex Ionico βῆρ, βάδω, *vado*: nam in his transitionibus ex Græcia in Latium, aut vice versa, non obseruatur semper idem sonus, sed plerumque mutatio aliqua interuenit, prout fert genius linguæ & loquentium voluntas. Lepidam fabellam de *Beta* à veteribus Hæreticis confictam refert S. Irenæus lib. 1. cap. 17. *Commentum etiam illud assumunt*, inquit Irenæus, *quod cum Dominus puerili ætate esset, atq; elementa disceret, ac ludimagister, vt mos est, ei dixisset: age, dic Alpha. respondit Alpha. cumq; rursus praeceptor Beta dicere iussisset*



iussisset : respondit Dominus, tu mihi prius expone, quid sit alpha, tumquæ quid Beta sit, ex me audies. Hæc fabulones illi.

Ad Gamma venio ; quodà multis pronunciatur ante ε, η, ι, υ, utiota, γένος, ienos. γενεαλογία, ienealogia. γυνή, iyni. Certum, quod vitiosè. Quod tamen vitium in Latino γ apud multos magis inualuit, quam in Græco. Est autem γ ante quamlibet vocalem & diphthongum ita efferenda, sicut effertur in his vocibus. Ego, λέγω, λέγεις, λέγετε, non Leiete.

Diximus in Grammatica secuti communem Grammaticorum præceptionem, γ ante γ, ξ, χ sonare ut ν, ἄγγελος, λὺγξ, ἔγχος, quasi ἄνγελος, λύνξ, ἔνχος. Item ante κ, & tunc ipsum κ sonum Gammae induere. πέφανκα, quasi πέφανκα. Mekerchus, & alij reiiciunt hanc regulam, quia probabile est Græcos, si pronuntiationem mutassent, ipsam quoque literam fuisse mutaturos, sicut mutarunt in συμπληγάδες, pro σιωπληγάδες, συμπλοκή pro σιωπλοκή, κρέβαλε, pro κρέτβαλε, quod ν ante π, & τ ante β collocari non possit, ut testatur Dionysius. Sed tantum abest, ut γ sequentibus illis literis γ, ξ, χ, mutarint in ν, ut contra si ipsum ν occurrerit, sonum illius & mollitiem auerlati, conuertant in gamma, usitata illa orthographiæ regula, quod semper ν ante γ κ ξ χ, migret in γ, quam ita tradit Gaza: τὸν ὅστις πρὸς γ, ἢ χ, ἢ κρῖσπα, ἢ ξ σώζεται σιωπιδέμενον, ἀλλὰ πέπεται εἰς τὸ γ. Qua ratione dici potest ν conuerti in γ, ut deinceps ipsum γ, sicut ν pronuncietur? Potius ipsum ν seruari, & γ si occurrisset in ν conuerti debeat. Quid igitur? inquit alius. Nempe vnus hic etiam est ex Grammaticorum natus. Nam quod ad duplex γ attinet, quid obstat, quo minus pronuncietur à Græcis, ut à Latinis in aggrego, agger, & aggero? Nam tanto mollior est duplicis γ pronuntiatio, quanto leuior est litera γ, quam κ. At Græci ἐκκλησία, Latini Ecclesia scribunt & pronunciant. Auctor Apologetici pro vet. ling. Græcæ pronunt. Non desinimus, inquit, mirari, quomodo γ sonet literam νδ, quæ nequit



præponi talibus literis, nempe  $\tau$ ,  $\chi$ ,  $\kappa$ ,  $\xi$ , si enim sonare potest his literis præposita, cur non & scribi?

Ergo post multas ambages eò tandem nonnulli inclinant, ut putent ante prædictas literas, nec verum  $\gamma$ , nec verum  $\nu$  scribendum, aut sonandum, sed  $\nu$  quoddam, adulterinum à Nigidio, ut Gellius libro 19. c. 14. auctor est, vocatū, quale etiam in his Latinis nominibus, *anguis, angustia, antora, increpat, incurrit, ingenuus*. In omnibus enim his non verum N, sed adulterinum ponitur, inquit Nigidius. Nam verum non esse, lingua indicio est. nam si ea litera esset, lingua palatum tangeret. Addunt, ut hoc adulterinum n à vero & genuino distingueretur, designatum fuisse à librariis specie à forma Gammae non multum abeunte, ex qua postea Gamma fecerint, & aliqui etiam figuram literæ  $\nu$ . Itaque summa tandem huc redit, in pronunciatione non esse vitium; sed in scriptione, non enim scribendum Gamma, sed  $\nu$ , ac proinde falsam esse regulam supra allatam,  $\nu$  ante  $\gamma$ , & alias literas migrare in Gamma, & sonare ut  $\nu$ , non enim migrare, sed manere, licet non verum illud, quod dum pronuntiatur, lingua palatum ferit, sed aliud quoddam, alterius, etsi non longè diuersi soni & modi. Hæc si cui arrident, is amplectatur licet: mihi improbabile accidit Græcos *Angelum*, vocasse Aggelon. Et insolens non est, ut vocabulum aliquod aliter scribatur, & aliter efferatur; an non Gallica lingua his exemplis est plenissima? ut proinde mirandum non sit, etiamsi in his dictionibus Gamma vicem  $\gamma$  subbeat. Quod si quis pertinaciter contendat, vitiosè scribi Gamma pro  $\nu$ , cum hoc non contendero, dummodo concedat ipsum  $\gamma$  sonare ut N, siue verum, siue illud Nigidianum, inter quæ tam tenue est discrimen, ut ne quidem tenues sine corpore vitæ sint tenuiores & exiliores, quam solent esse istæ Grammaticæ tricæ & spinæ. Delta sonat, ut nostrum D. sono quodam inter  $\tau$  &  $\theta$  medio.  $\delta\omicron\lambda\theta$ ,  $\alpha\delta\delta\lambda\theta$ .

*Dolus. Absq; dolo.* Satis integrum & incorruptum retinet suum sonum.

CAPVT



## CAPVT XIII.

De Ζῆτα, Θῆτα, κάπῶα, λάμβδα.

**Z**ῆτα efferimus nos Germani, inquit Sylburgius, per τσ. Sic & Græci, nisi quod Z mollius pronunciant per δσ. Quæ causâ fuit cur Dorica & Æolica dialectus f. cta transpositione, pro ζ vsurpauit σδσδῶς & σδυῶς, pro ζῶς, *Iuppiter*, ζυῶς, *iugum*. Quintiliano ζ & υ apud Græcos nullæ dulcius spirant. Et approbo, inquit Lipsius, etsi Appius Claudius, (Capella refert) hanc literā reformidarit, *quod dum exprimitur, morientis dentes imitetur*. De eius figura Ausonius.

*Zeta iacens si surgat, erit nota qua legitur N.*

Θ pronuntiandum est vt τh, sicut in Germanico vocabulo *Thier* / à Græco Θῆρ, *fera*, item *Thür* / à Θύρα, *ianua*. Malè confunditur sonus eius cum τ. De forma Ausonius.

*An sis cinctâ duabus erit cum iota, leges Θ.*

Funesta erat olim hæc litera, & mali ominis in iudiciis, quia erat nota condemnationis, καὶ Θανάτου, *mortis*. & in Epitaphiis etiam signabatur, tanquam iam mortui index. Martial. lib. 7.

*Nosti mortiferum quæstoris Castrice signum?*

*Est operæpretium discere Theta nouum.*

Perfius Satyr. 4.

*Et potis es nigrum vitio præfigere Theta.*

Ausonius in impurum Eunum.

*Miselle doctor & tibi sit obscæno.*

*Tuumq; nomen Theta seclilis signet.*

Mortem ei precatur, inquit Lipsius, & quidem à laqueo (ea forma est in σ contracta) & adscribi ad defuncti eius nomen optat Theta. Exempla Epitaphiorum adfert Lipsius lib. de pronuntiat. c. 14.

Porro vt defunctis Θ, ita viuentium nominibus præponebatur υ, testis vitæ adhuc durantis. Exempla suppe-  
ditat idem Lipsius. Isidorus ait in breuiculis, quibus mili-  
tum nomina continebantur, τ notam in capite versiculi  
positam, superstitem designare: Θ verò ad vniuscuiusq;  
defun-



defuncti nomen solere apponi. Imo antiqui si quid obseruatu notatuque dignum in euoluendis libris reperissent, id signabant apposita Græca litera  $\chi$ , aut Latina L, quarum illa  $\chi\epsilon\iota\sigma\tau\acute{o}\nu$  aut  $\chi\epsilon\iota\sigma\iota\mu\epsilon\upsilon$ , hæc *laudabile* significabat. Contra etiam ea, quæ improbabant, litera  $\theta$  designabant. Sidorius.

*Isti, qui uolet, exarationi*

*Distinctum bonus applicare Theta.*

Eodem spectat versus Persij paulò antè citatus.

Kappa ab omnibus ferè incorruptè pronuntiatur, non solum ante consonantes,  $\kappa\lambda\acute{\epsilon}\pi\tau\omega$ ,  $\acute{\alpha}\kappa\mu\eta$ ,  $\kappa\upsilon\acute{\iota}\sigma\alpha$ ,  $\kappa\rho\acute{\alpha}\sigma\iota\varsigma$ , &c. Sed etiam ante vocales & diphthongos,  $\kappa\alpha\lambda\delta\varsigma$ ,  $\kappa\acute{o}\mu\eta$ ,  $\kappa\eta$ ,  $\kappa\alpha\iota\sigma\alpha\epsilon$ , & in fine dictionis  $\epsilon\kappa$ . A Græcis ad Latinos itidem migravit. Aufonius.

*Kappa fuit quondam Bæotia, nunc Latium  $\kappa$ .*

non ob vsum, sed ob luxum, inquit Lipsius: Quia C & Q vicem eius satis superq; obire possunt: nec differunt sono (de vero & germano sono loquor) sed sola specie. Priscian. *K & Q quamuis figura & nomine videantur aliquam habere cum C differentiam, tamen eandem tam in sono vocum, quam in metro continent potestatem.* Terentianus.

*Refert nihil K prior sit, an Q an C.*

Itaq; & Q non tam interest literis, quàm superest. Cur enim C non satis ad eius vices? Fuit olim. Sed visum hanc addere, quoties u sequeretur (neque aliter) ad efficiendum pinguiorem illum sonum. Sed de hoc plura Lipsius. Kappa certè vix amplius locum obtinet in Latinis dictionibus: & iam olim Aufonius, non nisi in tribus dictionibus agnouit hoc versu.

*Hæc tribus in Latio tantum addita nominibus K.*

quæ ex mente Capellæ sunt hæc tria. *Kapita. Kalenda. Kalumnia.* Cæterum cum K Q & C eiusdem soni sint, si rectè efferantur, hinc factum est, ut quæ Latini per C aut Q scribunt, Græci signent per suum Kappa. *Torquatus*,  $\text{Τορηνάτος}$ , *Aquilinus*,  $\text{Ακίλιος}$ , *Aquila*,  $\text{Ακύλας}$ , *Quintus*,  $\text{κρίντος}$  vel  $\text{κύντος}$ . Vetera monumenta. KOYINTOS.

$\lambda\acute{\alpha}\mu\beta\delta\alpha$



λάμβανει sonat, ut L. Latinum. λύκος, *lupus*, λείβω, *libo*. su-  
umq; genuinum sonum satis integrum retinet.

## CAPVT XIV.

De literis μῦ, νῦ, ξῦ, πῖ, ρῶ, σίγμα,  
ταῦ.

**Q**UOD Lipsius de Latinis M & N, hoc & ad Græcas μῦ  
& νῦ accommodari potest: M mugientem illam lite-  
ram, omnes rectè. N, Tinnientem omnes rectè. In M nulla Græ-  
ca vox erit. Aufonius.

*Vocibus in Graiis nunquam ultima conspicitur M.*

Quintilianus lib. 12. c. 10. *Quid, quod pleraq; nos illa quasi  
mugiente litera claudimus M, qua nullum Græcè verbum  
cadit, at N iucundam, & in fine præcipue, quasi tinnientem il-  
lius loco ponunt, quæ est apud nos rarissima in clausulis. Sed de  
N hoc addo, ait Lipsius, mirari me, cum tam suauiter ea so-  
net, omissam sæpe à Græcis aut mutatam. Illorum enim est  
μῦχις, qui Latinis Manlius. Ὀρτήσις, qui Hortensius.  
κλήμης, κώστας, εὐάλης, pro Clemens, Constans, Valens, ναρβωνή-  
σιοι, Narbonenses.*

Plerique Grammatici tradunt ν ante β μ π, omisso suo  
sono efferendum esse ut μ, τὸν βίον, τὸν μέγαν, τὸν παῦλον,  
quasi τὸ μ βίον, τὸ μ μέγαν, τὸ μ παῦλον. Hos magistri pro-  
nuntiationis, & inter illos Mezerchus, refellunt, etiam hoc  
argumento, quod nulla dictio Græca in μ literam desinat.  
Cur ergo, inquit ille, ubi μ non est, illic μ fingimus, & ger-  
mano sono, quasi de possessione exturbato, cum qui pro-  
prietati linguæ repugnat, intrudimus? Latini quidam scio-  
li, inquit Auctor Apologetici pro veteri lingua Græca pro-  
nuntiati; hanc (credimus) permutationem excogitarunt,  
ad exemplum & coagmentationem trium inseparabilium  
(quas vocant) præpositionum an, con, in, spectantes, quæ in  
μ ante tres literas mutantur, ut amputo, commendo, imbibo.  
At illi longè melius cogitare debuissent, Græcas literas ne-  
que legibus, neq; armis Romanorum à prima institutione  
consueſſe teneri.

M 5

In



In ξ, non immoror, quia nihil in eius sono vitii. Latini maluerunt ix, quam ξ. de forma Aufonius.

*Maandrum flexusq; vagos imitata vagor ξ.*  
 Similis ratio literæ π. de quo Aufonius.

*Hostilis qua forma iugi est, hanc effigies π.*  
 Regula ferè communis est π post μ sonare, vt b Latinum, idq; etiam in diuersis dictionibus: πέρμω, quasi *pemba*. πομπή, quasi *pombin*. Sed regula hæc nec ratione, nec auctoritate nititur. Nec peccatur in ρ, de cuius figura Aufonius.

*Aufonium si Pe scribas, ero Cecropium P.*

*Ex Rho quod Græco mutabitur in Latium P.*

ῥιγμῶ, Doribus, San, sonat, vt s Latinum. Pindarus κίεθλον nominauit, eiusq; odio versus ῥοίγμω composuisse dicitur Dionysius Rhetor Rho attollit, hancq; abiicit, & turpi voce appellat ῥηελώδη. Attici omnes oderunt, & succedaneum ei ferè τ dederunt. Hinc apud Lucianum actio literæ huius aduersus τῶν, iudicio septem vocalibus commisso. Ex Latinis Messala, ne literam quidem, sed sibilum esse ait, vt scribit Capella. Fabius asperam pronunciat, & in commissa verborum rixantem. Prisci, Atticorum exemplo, *pultare, mertare* pro *pulsare, mersare*. Sed aduersus istos valdè tuetur hanc literam Lipsius; quem legito. Sonus eius apud Græcos & Latinos lenis est, qualis in his: *Misi, Piso, uisus*. & malè agunt, qui ad ζ vel τ inflectunt, quasi *ζigma* sit aut *τigma*.

Τῶν respondet nostro τ. De forma Aufonius.

*Malus vt antennam fert vertice, sic ego sum τ.*

Quando post τ sequitur τ, tum pleriq; dicunt sonare τῶν vt ῥ. αὐτί, quasi αὐδί, τένταλ, αὐτῶνι, *Tantalos, Andonios*. Sed hoc aliis, fortasse non immeritò, displicet. Quia ipsi Græci Latina vocabula suis characteribus exarantes τ post τ integrum relinquunt. πεταρδύτω, non *testamendo*, vt in

Græcis institutionibus Theophili videre

licet, vt & in Græcis Eclogis

Iuris ciuilis.

CAPVT



## CAPVT XV.

De literis φ, χ, ψ, & de digamma  
Æolico.

Sunt qui velint φ non aliter efferri debere, ac Latinum f. Sed hos meritò refellit Lipsius, auctoritate veterum & ratione. Nam Terentianus Maurus, & Victorinus Afer lenem sonum literæ ftribuunt: at Græco φ hirtum & asperum. Verba Terentiani hæc sunt de F.

*Imum superis dentibus apprimens labellum,  
Spiramine leni (velut hirta Græcia vites)  
Hanc ore sonabis.*

Idem liquet ex Cicerone, in ea quæ pro Fundanio, ubi restem Græcum iuravit, quod primam literam in nomine *Fundanius*, dicere non posset. quia ut Quintilianus innuit lib. i. cap. 5. vehementiore illam spiritu proferebat, quasi si esset Pfundanius. Idem Priscianus docet, cum ait, *fliteram fere similem φ Græcorum*. Ferè, ait, cur? *Quia non fixis ea labiis pronuntianda, ut p & h*. Optimè, subicit Lipsius. *Figuntur tibi labia, & pressim cum nisu clauduntur, cum illud φ exprimis, servata vi p literæ & aspiratione non neglecta*. Aliter est in f Latino. Etiam Ausonius Græcæ literæ φ sonum ostendit in quodam Epigrammate, innuens sonare, ut illud *phi* seu *phu*, quo solemus uti in retro odore. Et si multi crassius *pfui*, alii lenius *fi* pronuntient; neutri benè, quia pronuntiandum ut p & h audiatur.

Sed quia de litera F sermo est, addam aliquid de Digamma Æolico, cuius crebra mentio apud veteres Grammaticos. Dicitur Digamma, seu Digammos, seu Digammon, à figura, non à sono, ut rectè docet Lipsius; Picta est enim ut γ in uersum, id est, ut Gamma Gamma superpositum; Errantque illi, qui specie cum F similem faciunt, & si qui antiquorum Grammaticorum Codices hanc figuram præferunt; ii emendatione egent. Nec euincitur hoc ex Cicerone, qui libro nono Epistolarum ad Atticum, fundum suum Formianum vocat digamma, quod nomen  
eius



eius abfinciperet. non enim respexit ad sonum, sed ad figuram, quæ ab f non abit, nisi inuersione. Digamma hoc Æolicum induxit in Latium Claudius Imperator. Itaque in Claudiani Imperij Lapidibus maximè apparet. *DI-  
AI. AVGVSTAI. & AMPLIAIT. TER-  
MIMAITQVE.* Pro *Diua. Augusta. Ampliauit. Termi-  
nauitq.*

At quis huius Digammæ sonus & vsus? Primò; Certum aliquando pro aspiratione h apud Latinos, itemque pro aspero spiritu apud Græcos vsurpatum. Hinc illa *Æir-  
cus, Æædus, Æelena*, pro *hircus, hædus, Helena*. Et apud Victorinum *ἄμυζα* pro *ἀμυζα*. Apud Priscianum *ἄ* pro *æ*. Est cum & pro leni spiritu positum est; exemplum est in *ἄνεν* pro *άνεν*, apud eundem Priscianum. Aliquan- do solius Euphoniæ gratia literis interiectum est, vt in Tripode Delphis Byzantium translato, apud Priscianū, *ΔΗΜΟΦΟΙΩΝ & ΛΑΙΟΚΟΙΩΝ*, *Demophoon, Laocoön*.

Cæterum præcipuus & creberrimus eius sonus fuit, vt u consonantis nostræ. Terentius Scaurus ait: *Hanc lite-  
ram u consonantis vice fungi, & poni pro ea, qua sit ἄ*, sic e- nim rescribit Lipsius, non F, vt vulgo. Annæus Cornu- tus. *Est quadam litera in ἄ litera speciem formata, qua digamma nominatur. Ad huius similitudinem soni, no-  
stri coniunctas vocales Digammon appellare voluerunt: vo  
est votum, virgo. Itaque in prima syllaba digammon, &  
vocale oportuit poni. ἄotum, ἄirgo, quod & Æolii fece-  
runt, & antiqui nostri, sicut in quibusdam libellis scriptura  
declarat. Victorinus. Æoliis ἄ idem valet, quod apud  
nos u. cum pro consonante scribitur, vocaturq; βᾶν, & di-  
gamma. Constat ergo ἄ Æolicum pro u Latina vsurpa-  
tum esse. Sed necdum constat; quis sonus genuinus huius  
consonantis u. Illud constat, u plerisque Germanis malè  
efferi, qui à litera f nullo modo distinguunt; Illis enim  
*vinum est finum. Vallum, fallum. Seruus, serfus.* cum ta-  
men necessario debeat inter F & u consonantem discri-  
men constitui; alioquin aut hæc, aut illa in literarum nu-  
mero*



mero superuacanea foret. u ergo plerique, qui rectè efferre censentur, ita efferunt, ut longe fractius & imminutius sonet, quam f, eumq; sonum reddat, qui melius loquentis ab ore, quam calamo exprimi potest.

Verum Lipsius multis rationibus contendit, u consonantem, atq; adeò Digamma Æolicum, sonuisse, quasi u duplex, *Winum, Wallum, Seruum*, quem sonum observant adhuc Germani: *Wein, Waal. Vannus. Wamm. Va, Bee. Verus, Waar.* Quæ sententia Lipsii probabilis est propter argumenta non spernenda, quibus fulcitur. Et si noua est, nec apud Literatores trita. Noua inquam est, quoad hanc partem, quæ dicit, u simplicem consonantem sonuisse ut vv. nam ipsum Digamma Æolicum nihil aliud esse, quam vv, multi tradunt, qui tamen hoc de sono consonantis u non concedunt. Alii simpliciter dicunt Digamma Æolicum respondere consonanti u. Qui si darent Digamma sonare ut vv, necessariò affirmare itidem cogerentur, u simplex sonare ut vv. Nec rectè de Digamma loquuntur, qui dicunt duplex quidem vv valuisse; & postea exempli loco adducunt ista: *Serjs, Seruus. Cerjs, Cernus*, quia in duplici illo vv, cui Digamma Æolicum æquiualeat, neutrum u vocalis est, sed consonans: at in uerbis *seruus, cernus*, & id genus aliis, ultimum u vocalis est; non potest ergo per Digamma Æolicum suppleri. Quare vocalis u ad Digamma adiungi debet hoc modo *Serjus, Cerjus, Dajus, &c.* Nec illud omittendum; Digamma Æolicum dictum esse Vau, teste Varrone, & Didymo apud Priscianum, & quidem à sono. De quo copiosius clarissimus Lipsius.

Coronidis loco subiungam versus Terentiani Mauri de Æolico Digamma prout à Mæxercho recitantur.

*Nominum multa inchoata literis vocalibus*

*Æolicus usus vertit, & digammon præsicit.*

*Æolica dialektus autem mista ferme est Itala.*

*Hesperum cum dico Græce, vesperum cognominat.*

*Esia sic Vesta facta. Vestis id est dicitur.*

*Iva, quem Græci vocamus, vim iubet me dicere.*

Exp



*Eap est multis in vſu, & magis poeticum est.*

*“Hę enim natia vox est: illa ver hoc dictitat.*

*Quos Homerus dixit ἱατοῦς, illa Venetos autumat, &c.*

Quibus significat Terentianus asperum & lenem spiritum à Latinis Æolico more indigamma, hoc est, in u consonantem verti. X valet ch. ab eius sono *χλῶες*, *anserēs*, nomen habent. Latini hac litera carent; quia vicem subeunt c & h. At figura non carent; quia vt Ausonius ait;

*In Latio numerus denarius Argolicum χ.*

Imo hac etiam specie notant literam, quam ix vocant. De ψ. Ausonius.

*Furca tricornigera specie pœnè ultima sum ψ.*

*Laus DEO Virginiq; Matri.*






















Ob 219

ULB Halle

3

007 378 386



VD 77


72.2



G  
Gramm  
Vind

C. 249





ACOBI GRETSERI, SOCIETATIS IESV,  
INSTITUTIONVM LIN-  
GVÆ GRÆCÆ,

*Liber Tertius.*

DE SYLLABARVM  
DIMENSIONE.

PRO SCHOLA RHETORICES.

CESSIT DISSERTATIO;  
de pronunciatione linguæ Græcæ.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,  
Imptibus ANTONII HIERATI.  
ANNO M. DC. XIX.